

Jg 360



CONFUSARI  
TRES MARES

Contra drama complicata exinde ducatur  
in die Confusariam in persona Alcibiatis Ciceronis  
in locis de Debetum. Utique dicitur, quod  
Confusariam dicitur.

SUPPLEMENTUM  
PROLOGI  
ORAEIS  
VIRGINALMO SCENICIS

ET SUPER MARES CONFUSARIAS



A. R. P. JACOBI DORSI

Benedictini Weingartensis

i.e. Matth. Glivius

INSTRUCTIO  
CONFESSARII

In  
TRES PARTES

divisa,

Quarum Prima complectitur ea, quæ concer-  
nunt Confessarium in genere: Altera, quæ Confe-  
sarium in specie seu Ordinarium: Ultima demum, quæ  
Confessarium Extraordinarium.

In

SUPPLEMENTUM

Sua

THEOLOGIÆ

Pro Bibliotheca  
Amnestiensis

MORALIS

Comparatus a Romo  
D. Bonifacio Weintraub  
Abate

Typis vulgata

à

R. P. ANSELMO SCHNELL,

O. S. B. in Imper. Monast. Weingartensi Professo,  
ac Professore emerito; nunc Priore ibidem.

Cum Gratia & Privilegio Sacre Cæsareæ Majestatis speciali, ac Facultate  
Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

Sumptibus Joannis Jacobi Mauracher, Bibliopolæ Augustani.

ANNO MDCCXLIV.

A.R.JACOBI DORSI

Bononiensi Accademia

INSTRUCTIO

CONFESSARI

TRIS PARTIS

Quintus Primus complectitur ea, quae concer-

tuntur contemplatione et exercitio; quartus, die Concep-

tionis in locis per acquisitionem; tertius, pars, des

compositio, utrumque invenientur.

SUPPLEMENTUM

THEOGIE

MORALIS

Type Aegaea



R.P.ANSEIENO SCHNEID

O.R.B. in Jacobo Mammarii Meningi enim Iustitiae

ac Punitio expositio; unde Proba libet.

Quae Cuiusq; Principio & eis Causis Alij hinc & non esse Principia  
supponuntur.

ANNO MDCCXVII

# AD LECTOREM.

**I**nstruccióne hac est quidem partus posthumus, at tamen ex integrō compositus ab Autore in fronte posito. Fuit is vir undequaque absolutus & singulariter in Theologicis versatissimus; utpote qui non tantum Theologiam Scholasticam iteratō tradidit, sed insuper Moralem continuo practice docuit, dum in Confessionali per omnes fere vite suae Sacerdotalis dies salutis animarum indefesse studiavit. Scriptū labente tempore illo præfens Opusculum; cui eoipso quid addere aut demere minime conveniens vīsum fuit. Et licet hucusque intra parietes domesticos delituerit, nunc tamen ob suā præstantiam in publicum protrahitur: maxime, quia servire poterit pro Supplemento Theologiae Moralis nuper à Vineensi editæ; siquidem plura particularia, ibi ob præstitutam brevitatem omissa, hic contineantur, resolvanturque valde accurate. *Methodus*, in hac Instruccióne observata, familiaris est, per questiones & responsiones; utpote ad cito instruendum aptissima. Materia universa in tres Partes dividitur; prout videndum in Indice mox sequentis. Continuantur in illis Numeri Marginales, ut in citationibus confusio facilius evitetur. Pro commoditate Legentis additus est Index binus; unus Titularum, alter rerum notabiliorum. Ex utroque apparebit, fere non esse materiam Theologie Moralis, que in hoc Opusculo non attingatur. Fruere ergo illò, Lector Benebole! fave! & vale.

## LICENTIA SUPERIORIS.

**N**os Placidus D. G. Abbas Imp. Monast. Weingart. hisce licentiam facimus, ut præfens Instruccióne Confessarii per prelum typographicum evulgari queat. In quorum fidem præsentes Manu propria Sigilloque Abbatiali munitas dedimus. 1743.  
21. April.

(L.S.) Placidus Abbas.

## Approbatio Censoris.

**I**nstruccióne hæc Confessarii optimam in brevitatem concinnè redacta & typo commissa, Penitentibus valde utilis, Confessarii plurimū commoda est. Ita censor Augustæ Vind. 24. Sept. 1743.

*H. S. Imprimatur.*

Joannes Adamus Nieberlein,  
Vicarius Generalis,

Franc. Joseph. de Handl,  
SS. Theol. Lic. Revmi. & Ser.  
Princ. & Episc. Aug. Consil. Eccles. nec  
non insig. Eccl. Coll. ad S. Maurit. Can.  
& Paroch. Major Penit. & Lib. Censor.

# INDEX TITULORUM

## PARS I.

### *De Confessario in genere.*

§. I.	§. VII.
De scientia & prudentia Confessarii.	n. 359.
§. II.	§. VIII.
De obligatione interrogandi.	n. 370.
§. III.	§. IX.
De obligatione instruendi.	n. 378.
§. IV.	§. X.
De obligatione Confessarii ad dolorem eliciendum.	n. 378.
§. V.	n. 387.
De obligatione ad restituionem imponendam.	n. 68.
§. VI.	§. XI.
De obligatione in impetranda absolutione.	n. 73.
§. VII.	§. XII.
De obligatione ad servandum sigillum.	n. 93.
	§. XIII.

## PARS II.

### *De Confessario Ordinario.*

§. I.	§. XIV.
Quid Confessario observandum in audiendis pueris & junioribus?	n. 97.
§. II.	§. XV.
Quid Confessario rusticorum & ruidum agendum?	n. 104.
§. III.	§. XVI.
Quid Confessario famulorum & ancillarum?	n. 123.
§. IV.	§. XVII.
Quid agendum Confessario opificum?	n. 139.
§. V.	n. 440.
Quid Confessario cauponum & Mercatorum?	n. 147.
§. VI.	n. 444.
Quid Confessario conjugum?	n. 165.
§. VII.	n. 478.
Appendix.	n. 181.
	Appendix I.
De Confessario sponsorum.	n. 220.
§. VIII.	Sententiae communes Theologorum circa materiam detractionis &c.
Quid in Confessione mulierum solitarum. observandum sit?	n. 232.
§. IX.	n. 484.
De Confessario sponsalia contrahere volentium.	n. 259.
	Appendix II.

## PARS III.

### *De Confessario Extraordinario.*

§. I.	§. I.
Quid circa Confessiones Studiosorum minorum sit notandum?	n. 295.
§. II.	Casus reservati in Dicecei Constantiensi.
Quid circa Confessiones Studiosorum majorum?	n. 302.
§. III.	n. 536.
Quid in Confessione militum?	n. 312.
§. IV.	Casus reservati in Bulla Cœne.
Quid in Confessione Judicium & Advocatorum advertendum sit?	n. 329.
§. V.	n. 541.
Quid in Confessione Officialium & Principum?	n. 336.
§. VI.	Excommunicationes reservate in Corpore Juris.
Quid in Confessione ipsorum Principum, aliorumque illustrium?	n. 348.
	n. 544.
	Casus reservati Religiosorum ex Clemente VIII.
	n. 547.
	Appendix V.
	§. I.
	Communicationis privilegiorum Cäffinenium facta Monasterio Weingarteni.
	n. 548.
	§. II.
	Communicationis eorumdem pro rota Congregatione Suevico-Benedictino-Jolephina.
	n. 550.
	§. III.
	Notas circa prædicta privilegia.
	n. 551.
	Index rerum videndum est in fine hujus Opusculi.

(O)

## PARS I.

PARS I.  
INSTRUCTIO  
CONFESSARII  
QUOD SE, ET VELUT IN GENERE.

## §. I.

*De scientia, & prudentia in Confessario requisita.*



Bullam Cœna, *per cuius* enormous Clericorum, sepultura hereticorum in loco sacro &c. Item scire debet, quidnam *excusat* ab Excommunications, nempe 1. Si talis actus non sit mortaliter peccaminosus; deinde si fiat ex ignorantia saltem *non crassa*; aut si tunc non recordetur excommunicationis annexa; aut si tale peccatum e. g. *heres* non sit *externe* prolatum, vel peccatum non sit plene consummatum: aut si talis lex non sit sufficiens promulgata aut non acceptata &c. P. Lohner fol. 8. & 9.

2. Quares 2. Quid circa dispensationes in causis matrimonialibus scire debet? R. Scire debet, quando ad Episcopum recurvere possit: nempe ex P. Lohner, Episcopu potest dispensare in omni impedimento *durente* Matrimonii jam *contrahit*, si illud impedimentum sit *occultum* (Juris positivi) & separatio conjugum non possit fieri absque gravi danno, *scandalum* &c. & adhuc cause communiter excusantes a recursu ad Papam e. g. *etas festi*, longi infirmitas, paupertas, iexus formineus &c. Et probabilit non tenetur adire Nuntium, ut Diana apud P. Lohner docet.

3. Quares 3. Quid Confessarius scire debet tanquam *index*. R. Scire debet, quomodo, & quando peccata distinguuntur *specie*, scilicet per ordinem ad diversas virtutes, & repugnantias cum recta ratione; & quando distinguuntur *numero*, nempe ex diversis formaliter objectis, & actibus, quando nec ex *natura sua* ordinantur ad unum actum compleatum, nec ex *inten-*

*Suppl. Theol. Mor. R. P. Schnell.*

*tione operantis*, & intendentis unum finem: aut si actus non tantum physique interrupatur, sed etiam mortaler, vel per voluntatem contraria, aut propolitum, vel per liberam cessionem ab actu &c. Debet etiam scire, qualis dolor, nempe universalis circa *mortalia*, quale propositum requiratur &c. Item, an habeat jurisdictionem in peccata penitentis; quamnam habeant annexam censuram, onus restituitionis &c. Quemam sint impedimenta Matrimonii, vel debiti conjugalis reddendi &c. & ut P. Gobat trah. 7. cap. 7. n. 325. ait, Confessarius non debet tantum unius sententiae esse Doctor, sed etiam contrarias sententias, ut se in necessitate penitenti accommodare possit.

Quares 4. Quid Confessarius scire debet ut *Medicus*? R. Scire debet via media praeservativa praescribere, dare consilia pro cavenda occasione proxima &c. & hoc maxime spectat, ut penitentem humeranter tractet, ne horreat morbum patescere, offerendo se ad juvandum omni meliori modo, formando cum dexteritate aliquot interrogatoria, ut *infra* §. 2. Hoc spectat, quod P. Segneri in *infr. Confess.* e. s. monet, noli imitari eos Confessarios, qui nunquam os aperiunt, nisi culissima illa verba Sacerdotis Heli proferten: *noite facere hanc rem, caeve robis, quantum poteris*; & mox absolvunt; unde ipsi penitentis intemperitia hac benignitate decepti queruntur, & de novo se acculant; qui dubitant, an bene a Confessario eorum peccata fuerint percepta, dum eos ita irreprehensibiliter transmisit.

Quares 5. Quid Confessarius scire debet ut *Dolor*? R. Scire debet rudes & interrogantes instruere; item quemam à mortali excusent, velut est materia levitas, inadvertentia, motus primoprimus, *inliberatus confessus*; qui colligi potest ex eo, si quis facile potuerit exequi peccatum, & non fecerit; si ita affectus sit,

A

ut

ut malit mori, quam peccatum mortale; si statim pœnitentia, cum animus à Deo averitus non tam cito ad Deum redeat, ut docet P. Lohner n. 9. Item debet posse dubia à pœnitente allata resolvere; de difficilioribus autem, & qua non potest statim expedire, saltem ita dubitare, ut obtenta à pœnitente licentia & temporis dilatatione possit latios interim viros doctos, vel libros consulere, & si hoc circumstantiae non permitunt, atque pœnitens absque mora absolviri petat & debeat, disponat saltem eudem, ut ipse consulat doctos, atque eorum iudicio acquiescat; quod ubi facturum se promittit, absolviri potest. Hic tantum addo, quando pœnitenti est dandum consilium circa restituionem e.g. faciendam, vel contractum Matrimonii, ne sit præcepis, & non satis attendens ad omnes circumstantias, cum subinde *fides*, & *mala fide* aliquas circumstantias reticeant, ut sententiam favorabilem à Confessario explicantur.

**Quæres 6.** Quanta requiratur universum in Confessario *sæcunda*? *R.* Non requiri exactissimum (uptote moraliter via possumibile) sed sufficere *mediocrem*, ita ut saltem possit prudenter dubitare, non dubio ignorantia, sed dubio *ex scientia vero*, & in ordine ad ulteriorem indagationem tum librorum, tum doctorum. Nec potest statui certa mensura, sed major, minorve requiritur scientia pro *dvesitate* pœnitentium, locorum &c. Hinc minor requiritur scientia pro simplicibus, rusticis; major pro militibus, mercatoribus &c. Nec requiritur, ut semper in individuo *determinet*, an peccatum sit *veniale*, vel mortale? cum hoc ex variis circumstantiis augmentibus, & diminuentibus via ad Doctrinum determinari possit (& ex hac doctrina ait P. Gobat, se aliquos in hac materia anxious esse solatium) sed suffici, si gravitatem, & qualitatem malitiae *secundum* se djudicet, aut saltem in *genere* pœnitentem peccasse agnoscat, eti ad gradum peccati mortalium in individuo vel specie se determinare non possit.

**Quæres 7.** Qualis *prudentia* in Confessario requiratur? *R.* Hanc potissimum relucere tum in pœnitente *examinando*; tum in eodem *infravendo*; tum ad sincerum dolorem, & propotius *disparando*; que omnia ex dicendis patescunt. Hinc sit

## §. II.

*De obligatione interrogandi.*

**Quæres 1.** An Confessarius habeat obligationem interrogandi pœnitentem? *R.* Etsi P. Valsquez cum

pluribus aliis apud P. Lohner n. 16. putet, non obligari Confessarium ad interrogandum, sed tantum ad *audendum*, nisi ubi hujus omisso credit in prejudicium & detrimentum tertii; probabilis tamen est ad hoc teneri, sicut omnis iudex tenetur, quantum rationabilitate potest proeure, ut iudicium fiat integrum; & ita Confessarius, si adverteret, pœnitentem aliquid *culpabiliter* omittere, vel negligenter in examini præcessisse, debet illud supplerre, ne absolvat indispositum, & cooperetur ad invaliditatem Sacramenti: quod maxime verum est in rudibus, rusticis, qui sua peccata indiscriminatim proponunt *fine numero & specie*, absque sufficienti examinatione, propotioque se emendandi. Econtra si considerata qualitate, prudentia, scientia pœnitentis prudenter credit, etum integrum confessum, ac bene dispositum (quia est homo aliunde prudens, timoratus, velut Clerici, Religiosi, Doctores, Oficiales, Cives, famuli in civitatis educati, studioli) ex P. Lohner & communis DD. non opus est ulla interrogatione: quia in hujusmodi casu qualibet interrogatio iudicari potest curiosa onerosa pœnitenti, & proin vitanda. Hinc ait P. Lohner n. 19. docti homines, cum sciant se obligari ad *numerum* addendum, hoc ipso quod eum non addant, prudenter judicare potest Confessarius, eos non habere sua peccata tanquam mortalia, sed propter circumstantiam diminuentem tantum venialia, vel ex defectu advertentia, vel ex confensu tantum semipleno. Similiter si pœnitens aliquantum doctior in plerisque diligenter addat numerum & alias circumstantias, Confessarius judicare potest, non indigere ulteriori examinatione. P. Lohner n. 17.

**Quæres 2.** Quid interrogandum in genero, & in plerisque indocti? *R.* Cum P. Lohner n. 18. prius permittendum esse pœnitentem sua peccata explicare; sic enim facilius in specie interrogari potest. 1. autem interrogetur generalius e.g. an iniurias gerat, an nihil alieni possidat, an nihil superstitionis adhibeat, an cum conjugi bene conveniat, an non in honesta loquatur, an non sit conscientius alicuius defectus substantialis in prioribus confessionibus, an conscientia sua fastidescerit, an nihil animum gravet? In circumstantiis tantum aggravantibus non multum urgeat e.g. in contumelias, odio, heresi, iudicio temerario, detractionibus, superstitionibus (que probabiliter sunt ejusdem speciei) sed habita specie, & numero detractione e.g. contentus sit.

**Quæres 3.** Quomodo interrogandum? *R.* Cum

*De obligatione interrogandi.*

3

¶ Cum P. Lohner n. 21. parte interrogandum, & non nisi de pertinentibus ad confessionem, vel peccati speciem. *Dicitur,* ne interroget, que moraliter certum est poenitentem non perpetrat. Sic persona conjugata horrent de virtus carnis interrogari, honestiores foeminae de furto, mendacio, ebrietate. *Cantus,* ne det occasio nem traducendi confessionem, maxime in virtus carnis, ne vel poenitenti scandalum ingreter, vel peccare doceat. Hinc P. Coninck apud Lohner n. 22. docet, praefatam aliquando minus perfecte agnoscere peccatum, quam sibi, aut alii scandala cum creare: & P. Bufen. hic ait, negantem cogitationes non interrogandum de operibus, nisi forte apud rudiores, qui ad cogitationes non attendunt, fatentur tamen verba, & opera. *Tempesfis,* ne nimium urgeatur ad determinatum numerum, cum juxta Dian. & alios apud P. Lohner n. 19. sufficiat quandoque dicere confitendum peccandi, aut tempus, quo fuit in malo statu vel frequentiam in die, lepromana, mente, anno. P. Segneri in *Infr.* Confess. cap. 2. ait: *cupio magnopere, te parcum, gravemque esse interrogando circa materiam luxurie, ne tibi accidat, quod pictori, qui, cum selenu exquisita diligentia depingeret, ejusdem cupidine exardevere caput, & ascendit:* adeo fetor palus ista, ut confutum non sit, vel a poenitente, vel a Confessori, ubi opus non est, moveri. Idem P. Segneri loc. cit. Quando confessio, vel communio in aliud tempus *fus scandalo, vel admiratione rejici* nequit, quod accidere potest circa puellam obseruantam a suis domesticis, in hoc casu (quando poenitentem ad perfectam contritionis actum permovere non potes) exige peccata graviora pro temporis brevitate, ac tum *secrellam abloste bac legem*, ut in proxima confessione dicat, que modo fuerint omissa, velut idem debet fieri in moribundo, ne vel propter comitantes periculum infamiae incurrit, vel ejus moribus exasperetur. *Manfus;* hinc P. Lohner ait, rudiorum esse suaviter alloquendum, aliquoq[ue] si Confessori nihil dicat usque ad finem confessionis, terretur poenitens, & hominem severum esse supplicatur, aut certe minus confiderent ei peccata sua exponit. P. Segneri loc. cit. cap. 6. ait: supina est eorum Confessoriorum negligientia, qui os nunquam aperient, nisi poenitentiam imposituri, vel daturi abolutionem.

¶ Quares 4. Quando interrogandum? ¶ Cum P. Lohner n. 20. aliquos omnino negare poenitentem unquam interpellandum, vel interrogandum, quos Doctores ait P. Lohner, Confessori securi sequi potest, & meminisse, multas esse circum-

stantias aggravantes intra eamdem speciem, qua probabiliter non sunt materia necessaria. P. Lohner ita distinguit: si Confessorius scripto excipiat confessiones, interpellari possunt poenitentes; qui sic nemō turbatur. Item si fiant generales, aut a pluribus annis virtutis, suaviter tamē & amice. Quando sunt memoriter, non facile interpellari debent, praeſertim apud viros prudentiores, cum plerumque hoc illi sit ingratum. Similiter qui frequenter confitentur, & quos novit Confessorius raro aliquid mortale afferre, non facile interpellandi sunt; quia apud hos non est periculum, ne peccati gravis obliſcantur: aliud est in simplicioribus, maxime foemini etiam honestioribus, que plerumque gaudent interrogari, ut ait P. Lohner.

Quares 5. An Confessorius possit, & teneatur credere, quando poenitens suum iudicium addit circa peccata e.g. detraxi, sed leviter, bibi cruplam, sed non puto, me peccasse mortaliter? ¶ Cum P. Gobat n. 7. n. 82. Confessorium absolute non teneri ac quiescere huic iudicio, cum uts doceat, poenitentes sape male judicare de malitia & peccati gravitate. Communiter tamen, nisi habeat speciale rationem dubitandi, potest eſſe contentus hujusmodi accusatione, nec tenetur ulterius querere; quia, ut P. Laym. l. 1. n. 2. c. 4. n. 7. docet, merito potest præsumere poenitentem tunc, quando peccavit, habuisse idem omnino iudicium de suo peccato, quale nunc habet, dum se accusat. Maxime si poenitens aliunde sit notus de fainte sui iudicis, doctus, timoratus: quam doctrinam, ait P. Gobat, se communissime sequi, quando adeſt numerus confitentium magnus; quando autem parvus, non sequor, si suspecta minima ratio dubitanſi, an poenitens non fallatur in suo iudicio. Huc applicari potest, quod P. Sporer, Lohner, & alii docent, non valere illud argumentum: si poenitentem plus examinarem, plura inventire; ergo tenor plus examinare: quia in hoc paſſu non tam debet attendi, ut habeatur *integritas materialis*, quam etiam, ne Sacramentum hoc poenitentia fiat nimis *onerosum*: quod omnino fieret, si requireretur *exadūpnum* examen. Sufficit igitur tale esse, ex quo Confessorius prudenter iudicari possit, nihil hic & nunc omitti, aut certe probabiliter non constet, aliquid omitti ex parte poenitentis ad Sacramentum valorem necessarium. P. Gobat ait, examen durans uno horae quadrante respectu adolescentis timorati ab oculis non confessi esse mediocre adeoque sufficiens? non autem respectu alterius, qui variis criminibus cogitationum est obnoxius,

xius, nisi forte etiam iste animo multum collecto totum horaz quadrantem impenerat.

**13** Quares 6. An Confessarius teneatur sub mortali confitentem sine specie & numero de his interrogare? R. Cum Diana p. 1. n. 15. ref. 7. *Elliicio, Palao, Diacillo* peccare mortaliter. Sicut enim ex Trid. debent fideles sub mortali per se confiteri species infinitas, & ipsum numerum; ita etiam Confessarius omittentibus haec confiteri ex vi sui officii tenetur interrogare, & non tantum audire, ne absolvat indispicuum: & alias in re gravissima ageret contra suum officium, faltem si advertat, vel suscipiet, peccatum in hoc esse culpabilem: ita omnes apud P. Sporer. Hinc peccat Confessarius, si absoque *alteriori* interrogatione absolvat dicentes; *sui ebris*, cum ebrietas non semper significet mortalem execrablem, aut turbacionem animi, aut si hanc etiam significet, nondum tamen adhuc est hujus peccati *numerus*. Similiter peccat, qui confitentem se habuisse ter vel quater etiam turpia desideria, malas cogitationes, non tamen interrogat de *quatuor* perfonarum, an circa solutas, vel conjugatas? an cum vel sine complacencia? Aliud esset, si penitens prius dicat, se peccasse cum solita, & postea adderet, se habuisse turpia desideria, tunc enim Confessarius prudens judicat, illa tetendisse in solas solutas. Prudens autem iudicium hic sufficit, nec requiritur *certidudo*; alioquin redderetur confessio nimis odiosa. Servit etiam aliquando pro solatio, quod P. Gobat tr. 7. cap. 7. n. 336. ex P. Tannero & aliis addit, non esse querendum numerum peccatorum cum nauclea, sicut quando probabilitate, & moraliter ex dictis ipsius penitentis affilimari potest; & si suscipieris interdum penitentem non dixisse numerum, nec ipse te acuerit de *hoc* defectu in prioribus confessionibus apud ruden forsan Parochum commissum, relinquentis est in bona fide, & maxime, si sit rusticus. Huc spectat, quod docet P. Fagundez apud P. Gobat tract. 7. item Lugo, & multi aliij apud Dianam p. 3. tr. 4. refol. 5. & p. 5. tr. 13. refol. 26. Rustici non sunt cogendi ad repetendam confessionem indoctis Parochis factam sine addito *numero* & diligencia: cum enim bona fide confiteantur, & uniforme vivendi rationem habeant, ex confessione unius anni facile de reliquis conjectura fieri posset, sicut fit in consuetudinariis: modo tamen non evidenter confiteri, eos uno vel altero anno *notabiliter* societius yixisse, tunc enim omnino quoad illos annos repetenda esset confessio.

**15** Quares 7. An peccet Confessarius, si

non interroget de specie, & numero peccatorum, que aliquis confitetur sub dubio?

R. Si quis dubitet *negative* ex ratione non omnino quidem utili, timore mero, sed rationabili, ita tamen, ut in neutrā partem possit se resolvere, adeoque dubium maneat *negatum*, an peccata *vero* quidem à se commissa, sicut fuerit *confessus* per se sub mortali quarendum esse a Confessario de specie, & numero peccatorum ita dubio confitentorum: quia juxta omnes Doctores teste P. Gobat cap. 5. n. 209. hæc peccata *cetero commissa* & dubio confessi sunt materia necessaria confessionis: cum praecipuum confessionis sit in *peccatione*, & eidem non satisiat per adimplitionem incertam: ergo etiam horum peccatorum species & numerus sunt materia *necessaria* confessionis. Excipe tamen per regulam solennem apud P. Gobat, nisi talis penitens possit hoc dubium peccati sicuti confessi *deponere*; vel quia habet conscientiam serupulofam; vel quia certo scit, se ad priores confessiones adhibuisse diligentiam medocrem in prævio examine, & alias soleto confessiones facere integras. Ita Dian. p. 3. tract. 4. refol. 107. *Vid. n. 521.*

R. 2. Si quis *negative* dubitet de actu peccato *specialiter*, an illum commiserit, an unquam haberuerit *malala* desideria, an aliquando blasphemaverit, *abtrahendo aliud*, an cum deliberatione vel non? tales non esse interrogandum nec de specie, nec de numero: quia peccata sic negare dubia *quoad ipsam fabulantiam aliud* non sunt materia necessaria confessionis, ut docet communis: *tali* enim potest suum dubium *deponere* per illud principium generale: *in dubio reputatur quisque bonus & innocens, quandiu non probatur malus*; excipe tamen, nisi talis aliunde esset affectus hisce peccatis e.g. blasphemias, malis desideriis &c.

R. 3. Si penitens non dubitet quidem de ipso actu quad substantiam e.g. de malo desiderio, imprecatione facta, dubitet autem *negative* de ipsa *qualitate* actus, an fuerit cum *plena* advertentia, vel *feminean*? an cum *confusus* *deliberato*, vel non? ex omnini fere sententia apud P. Gobat n. 210. Confessarium peccare, si in illis peccatis hoc modo dubius, scilicet quod qualitatem tantum aut gravitatem non inquirat speciem & numerum. Judicato tamen cum Dian. p. 11. tr. 8. refol. 49. & p. 10. tr. 12. refol. 2. & aliis pluribus apud P. Gobat, sententiam contrariam esse facit tam, modo taliter dubius illud dubium deponat per Regulam P. Lellii: *Reus criminis dubius in omnibz judicio ut inuenies absolvendas*; maxime si taliter dubians de ipsa gravitate actus, an nempe fuerit *plena* complacencia, & advertentia in illis desideriis à fè qui-

quidem certo habitis, aliunde sciat, se non *solvere* cum plena deliberatione hujusmodi peccatum committere, vel sciat, se strenue solitum resistere &c.

- 18 Ad hoc tamen in praxi quotidiana melius cognoscendum, juvat subjungere quasdam *conjecturas*, ex quibus regulariter loquendo possumus fatem probabiliter agnoscerre; an deliberatio, & confensus fuerit *perfectus*, vel *imperfectus*? 1. *Conjectura* sumitur ex defectu atatis, si nemppe nondum impletus annus septimus; tunc enim presumitur, non fuisse pleium *confusum*. Similiter si dubitas, an perfecte à somno fueris excitatus? an obrietatem discueris? an fueris mentis plene compos? 2. *Conjectura* est: si animum seruum habetas, & repetitum propositum *nunquam* committendi peccatum mortale, tunc in dubio potes *präsumere*, te non plene confessisse: quia voluntas non ita statim mutatur absque ulla advertentia. 3. *Conjectura* est, si pravum appetitum quidem adverteras, sed ita tamen te dispositum sentias, ut, si facile etiam peccatum *exequi* posles, non tamen illud faceres; tunc enim est signum, te aut nullum, aut *imperfectum* foliūmodo *confusum* dedito. 4. *Conjectura* est, si postquam pravus motus subrepit; & poteris in mente venit, cum esse malum, voluntas protinus cūret *expellere*; tunc iterum est signum nullius, aut *imperfecti* tantummodo *confusus*. 5. *Conjectura* est: sola perseverantia delectationis non est signum sufficiens ad prebendum *confusum* post plenam advertentiam malitia: hinc multa negligenter etiam post plenam advertentiam habita a peccato mortali possunt *excusari*, in iis maxime, qui ita dispositi sunt, ut potissimum decernant, quā mortaliter peccare.

- 19 Quares 8. Quae circumstantiae à Confessario sint interrogandas? &c. Cum P. Gobat *trab. p. c. s. n. 216.* circumstantias *speciem* mutantes esse interrogandas, non quidem omnes, sed quas prudenter existimat à penitente esse cognitas, & apprehensiones tempore commissi peccati, & quidem tanquam novā malitiā vestitas. Hinc notar P. Gobat *loc. cit.* illam circumstantiam non esse peccatum, nec confitendum, que à penitente tunc, quando peccabat non erat agita tanquam mala, aut nisi de ea, tanquam de speciali peccato penitentes dubitarit. Quae regula servit maxime simplicioribus ratio-

ne earum circumstantiarum, quae tantum à doctis habentur tanquam speciem mutantes, & ab aliis *probabiliter* negantur, ut est circumstantia *prima* perdita virginitatis, peccatum *fornicatio* cum alio distincto ab ipius spōno: si enim hanc circumstantiam, dum peccant, non agnoscunt, vel prætice nondubitan, non incurrit novum peccatum; cum de sit advertentia, & consequenter voluntarium. Ubi addit P. Gobat *n. 217.* illum Confessarium, qui ceteras circumstantias speciem mutantes parum aut nihil curat, excutit tamen soliter circumstantias in peccatis *venereis*, esse debere sibi sufficētum de intentione *minus* cauta, probeque suam intentionem à se examinandam, & in dubio non facile pro se pronuntiandum juxta illud tritum Joann. Gersten: sape videtur esse charitas, & est magis carnalitas &c. *Vide n. 10.*

Quares 9. An male agat Confessarius, dum à confiteente se in hac si turpibus defiderit &c. non querit *statum* tum ipius penitentis, tum personarum circa quas delectabatur? &c. Afirmative: quia si penitens sit solitus, vel conjugatus, tunc hæc desideria differunt *specie* morali; similiter si versentur circa conjugatas, consanguineas, affines.

Quares 10. An Confessarius ex posniente faciente se in hac si turpibus notabilem quantitatē, teneatur querere determinatam? &c. Probabiliter negative: quia suffici fieri quantitatē *notabilem*, & ad mortale sufficientem, excessus est tantum circumstantia aggravans. Est communis.

Quares 11. An locutum turpia coram alii tenetor Confessarius quarere de numero audientium, vel convitorum? &c. Confessarium non tantum in his debet quarere de *adventitia*, *deliberatione*, *complacencia*, & *danno* ex hujusmodi convitiis, vel detractione, item *scandalō secuto*, sed etiam probabiliter de numero audientium, cum juxta probabiliorē peccata numero multiplicentur ad numerum personarum. P. Gobat tamen *n. 383.* & à *n. 404.* contraria sententiam etiam probabilem cenfet: & ita satiscacere eum, qui uno impetu ire, vel odio pluribus *mala imprecatur*, vel detrahit, etiū numerum personarum, vel convitorum non exprimat, dicendo, de pluribus male locutus sum, vel integro *se natui*, urbimale imprecatus sum. Similiter ex P. Gobat satiscacit, qui turpi colloquio est causa, ut *20.* peccant, dicendo, locutus sum turpia cum scandalo multorum. Vel qui habuit desiderium forniciandi cum *10.* feminis, satiscacit dicendo, habui desiderium forniciandi cum *aliquibus*, nisi forte inter illas sit aliqua conjugata, consanguinea, affinis &c.

B

Quæ-

*Suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.*

- 23 Quares 12. An Confessarius teneatur ea interrogare, quæ non intellexit? & affirmativa: nam judicaria potestas hoc exigit, ut quod debet judicare, discernat ergo delinquit mortaliter, qui non jubet ea repetere, ubi rationabiliter prasumit non esse intellectam speciem, vel numerum peccati mortalis: ita P. Dicast. & quidem P. Gobat tr. 7. n. 236. vix à peccato mortali excusat, quando in longis confessionibus, & ubi penitentia magna molesta, pudor ex repetitione forte aliorum peccatorum jam bene intellectorum, aut indignatio causatur, si per fiscordiam, vel naturalem incognitam sua obligationis Confessarius diffulerit usque ad finem confessionis, & tunc primum dicat, non inasti prius aliquod peccatum, quod plane non percepisti: ægre enim repetet peccata priora jam forte bene intellecta, usque dum venerit illud, quod Confessarius non intellexit per suam fiscordiam mentis, oculorumvne evagationem. Aliud est, si quis probè perceperit genus peccatis, at non speciem: vel species, at non numerum; tunc enim facultus differt interrogationem, usque ad finem. Si autem rationabilitate dubitas, an sit mortale, quod non percepisti, non est imperdibile repetitio; nam non debes propter dubium peccati incerti certam creare penitenti molestiam. Quæ ratio etiam locum habet, quando dubitas, an peccatum percepisti &c. Quo casu etiam præsumere debes, te intellexisse, eoque in dubio non sit præsumendum defectus moralis in Confessario, sed potius omnia esse rite peracta. P. Lohner advertit, quodli Confessarius ob aliquam distinctionem, vel ob nimis subtilem vocem penitentis, vel ob cantum & organum perfrepens aliqua peccata non intellexerit, debere per paucas interrogations querere, & ita se gerere, ne onus penitentis nimis grave efficiat, unde sapius potest excusari ab exacta integritate materiali; modo in penitente adit bona fides, & non studio ita verba aborrebit; cum enim pro hoc Sacramento Christus instituerit ministros homines, non requirit summam diligentiam, sed medium, & fragilitati humanae accommodatam. Et hinc si Confessarius fatus fecum post confessionem interrogare, postea vero obliviſcitur, & dubitat, an fuerit circumstantia necessaria, an vero tantum ad melius esse, ad nihil tenetur: bene autem, si credat esse circumstantiam necessariam; quod ad praxim eorum, qui sunt labilis memoria multum aliquando servire potest. Ubi notat etiam P. Gobat tr. 7. n. 238. sepe distinctionem ad alia esse tam tenuem, ut ea stante vere percipiatur verba penitentis, sed tam tenuerit, ut
- 24

statim effluat memoria eorum', adeoque non est firma haec consequentia: ignoro jam quid dixerit, seu non recordor: ergo non intellexi. Similiter si expertus sis, tuum pœnitentem non solere confiteri nisi merita venialia, aut unum certum veniale e.g. verbum otiosum, licet peracta tota confessione non sis memor propter tuam distractio-  
nem, maxime si hac sit involuntaria; illius peccati poteris absolvere, tum præsumendo etiam illud peccatum alia solitum, etiam nunc esse confessum; tum quia potest absolute absolviri, qui confitetur, se esse peccatorem. Si autem absque notabili molesta penitentis fieri possit, jubet repe-  
tere ultimum peccatum ex mox confessis. Rationem dat P. Sporer: quia specifica, & particularis peccatorum manifestatio, & cognitio per le, ac specialiter non est de essentia & necessitate Sacramenti (ut patet in moribundis, & aliis, qui vel ob impotenti-  
tiam, seu moralem seu physicam, ab integritate materiali excufantur) sed tantum de necessitate precepi, cui penitentis jam ante satificet enumerando peccata sua, consequenter jam sollemmodo tenetur defunctum peccati vel propositi cum numero sacrificiarum confessionum, & communione supplerere.

Quares 13. An Confessarius licite pos-  
sit abfolvere penitentem velut è stapede,  
& absque ulteriori examine, qui aliquot annos sacrilege est confessus? & Cum P.  
Gobat tr. 6. cap. 23. affirmativa: si talis re-  
petitio & confessio fiat apud eundem Con-  
fessarium adhuc in confuso memorem priorum  
confessionum & peccatorum, modo dicat  
penitentis, se velle de illis omnibus, se serum  
accusare, & addat numerum sacrificiarum  
confessionum, & Communionum. Hanc  
autem confidam notiam Confessarii in eo con-  
fistere docet P. Lohner n. 202. quod Con-  
fessarius faltem aliqualiter meminerit, plu-  
ra diverse specie peccata mortalia à peni-  
tentie fusile confusa, eaque in numero fati-  
s frequenti: hac enim memoria stante  
jam sufficienter judicare potest Confessar-  
ius, hunc esse graviorum peccatorem, adeo-  
que majori penitentia dignum. De aliis  
sacrilege hactenus confessis describit P.  
Gobat tr. 7. n. 264. hanc regulam ex P.  
Leflio: Hoc est regula, quæ Confessarius  
uti debet circa penitentes in absolvendo,  
vel remittendo, id est, sine abolitione, in  
magnis, vel parvis penitentis injugendi-  
s, ut spectata conditione penitentis  
faciat id, quod iudicat ei fore magis saluta-  
re: atqui, ait P. Gobat, ego, aliquis sumus  
experti, esse (saltē quando penitentis  
est in bona fide) plerisque magis fa-  
lūtare, si ita examinentur è stapede, quām  
si sine absolutione dimittantur, ad se ipsos  
melius

*De obligatione interrogandi.*

melius examinando; cum sepe ob suam rudimentem nihil proficiant, vel ex desperatione, vel ex alia causa nunquam redant. Ubi etiam prodest, si ad prudentiores faltem dicatur, quando forte unum vel alterum peccatum post adhuc incidet, ut in proxima confessione dicant: *seci nuper confessionem generalem, in qua oblitus sum dicere haec, & haec peccata.* Et quod ad hac particularia defendat P. Gobat, ait, se ideo facere, quia magis expediret hoc dis- cere legendō, quam errando. P. Segneri in *Infr. Confessar. cap. 2.* ait: intolerabilis est error, ablegare pœnitentes sub pretextu, quod relegenda ipsi essent multorum annorum confessiones, adeoque opus illis foret longiore examine: plerumque ni, qui ex verecundia reticent sua peccata, sunt homines rudes, juvenes, imprudentes, inexperti; hinc vivendi rationem tenent ut plurimum uniformem, nec intricata habent conscientiam ex multitudine & variatione negotiorum, atque idcirco exercitatus confessarius intra brevissimum unius horæ spatiū accuratius examen cum ipsi potest instaurare, quam ipsi suam operam vix integrum mense efficiunt. Praterquam quod experientia teste hi semel dimisi ad se ipsos examinando raro solent reverti, velut fera semel à venatore vulnerata, neque strata semper sunt fugaciores. Addit P. Sporer: Confessarius *magis* sollicitus sit, ut dolorem universalem, & efficaciter propulsione in pœnitente excite, quam de integratate materiali in hujusmodi casu vix non impoffibilis; sufficit enim præfertim in rudiioribus bona fides, & integritas formalis; nisi forte ille modus examinandi proficit, quo P. Gobat, & P. Sporer proponunt primo numerum bene magnum, deinde valde parvum, & tandem medium. P. Segneri in *Infr. Confessar. cap. 2.* ait, *numerum magorem esse* præponendum, ut pœnitentes potius habeant, quod de hoc numero majori detrahant, vel certe non nisi modicum ad- jicient.

29 Ques 14. An Confessarius male agat jubendo repeterre confessiones absque necessitate? R. Cum P. Gob. tr. 6. c. 23. affirmative: quia sic facit alteri, quod sibi fieri non vellit. Hinc quando est merum dubium, vel tantummodo *probabile*, confessiones priores esse invalidas, ita tamen, ut *probabile* simul sit esse *validas*, non debent repetiri. Maxime, si tantum fuerit *desertus* quidam ex desidia quidem culpabilis, non tamen ex industria in ipso examine; cum sit sententia probabilis, hujusmodi confessionem, eti informem, esse tamen validam. Hinc ait P. Gobat loc. cit. n. 63. ex P. Filluci, non sunt obligandi fideles ad iterandas confessiones, ubi non con-

stat evidenter (id est, certe) de tali obligacione: ubi autem est tantummodo *dubium*, non constat certe de obligatione: ergo. P. Segneri in *Infr. Confessar. cap. 2.* ait; quando non est compertum de manifesto errore, vel defectu *propositi*, vel doloris circa confessiones præteritas repertendas, Jurisperitorum Regulam sequere, *in dubio semper effe præsumendum in favorem actus, quod sit validus.* Et licet pœnitens ob exiguum intellectus perpicaciam in anteactis confessionibus numerum peccatorum non nisi *con- scie* indicasset, non erit propterea cogendum ad repetitionem majori studio faciendam; præfertim cum peccata etiam *confuse enarrata* sint directe aboluta. Unde nulla est necessitas eadem iterato explicandi. P. Sporer requirit ad confessionem repeatendam, ut peccatum in confessione omissum sit *cognitum tanquam mortale etiam tunc*, quando committebatur. e.g. in pœnitencia: si enim homines simplices dicant, *mi Domine, adhuc juvenis, adhuc puer fui, non putavi esse peccatum tam grave, vel non intellexi, modo in concuso audiri, & ideo confiteor;* tunc ait P. Sporer res salva est. Item requirit, ut semper haec tenus *mala fides, & scienter omissum sit,* & quidem cum *scientia novi peccati mortalis, & sacrilegi* committendi per talēm reticentiam culpabilis. Si enim homines rudiiores talēm culpabilem omisitionem & reticentiam tantummodo putarent, esse peccatum *veniale*, nihil requiritur, quam ut peccatum illud *haec tenus omissum manifestetur*; quia tunc nihil deficit ad integratatem formalem. Similiter si rustici tantummodo putarunt hujusmodi reticentiam esse malam in *genero, & in confusione*, non esse *rectam*, nihil suscipiendo de peccato *mortalis* per hanc committendo, adhuc ex P. Sporer confessio non est repentina: quia cum hujusmodi peccatum in *confusione* tantum agnitus tanquam *mali* apud homines *simplices* & conscientie aliquantum *tenuerat*, non sit nisi peccatum tantummodo *veniale*; ut communis docet in tractis de *actibus humani*. Prudentiores tamen, & pro majori securitate P. Sporer adhuc interrogat, an, cum ad *s. Communione* in tali peccato & reticentia accederent, non habuerint *horrem*, vel *remorum*? si facantur, se valde anxios, ac perturbatos fuisse, omnino repentina est confessio haec tenus male facta. Secus autem si *prompte* dicant, sibi nihil tale in memoriensi, alias nunquam adire voluisse ad tantum Sacramentum.

Ques 15. An Confessarius omitiens interrogare numerum, vel speciem, teneatur id suppleri in Confessione *proxima* ejusdem pœnitentis? R. Cum P. Gobat nr. 7, cas. 6. n. 296. & aliis, si talis redeat, omni-

- nino esse moriendum de priori defectu ; cum omnis confessorius teneatur dare operam , ut penitentes confiteatur *omnia confitenda* , qualia sunt peccata quod *speciem* , & *numerum*. Hanc tamen doctrinam (ait P. Gobat,) forte negat P. Fagundez cum paucis aliis , qui vult Confessorium unius confessionis debere si in posteriori confessione gerere perinde , ac si tota vita sua nullam exceperit confessionem , atque ita non licere loqui cum penitente de confessione praterita , & eam emendare. Quod tamen *falsum* esse patet in confessione *recidivorum* & *confessitudinariorum* , quos à prateritis confessionibus tales esse negamus , & subinde non absolvimus. Ubi autem talis non redit , agenda est penitentia propter errorem in tali auditione commissum.
- 33 Queses 16. An Confessorius rusticum conuentem sine numero & specie teneatur quartare ; an ita *hacenus* sit confiteri solitus , atque ita obligandus ad repetendas confessiones hacenus male factas ? R. Cum P. Gobat n. 9. csl. 9. n. 439. negati ve : quia Confessorius posterior potest prafumere priorem confessorium rite functum esse suo officio : ergo etiam *examinatione* de numero mortalium , nisi contrarium constet de indocto ejus Parochio. Idem est de obligatione *restitutionis* forte faciendo , atque aliis ; modo possit prudenter credere , de his jam esse satisfactum à prioribus Confessoriis , maxime si ipsi penitentes dicant se doctis e. g. Parochis esse confessos , & absolutos. Ad examen autem rusticum sufficit , si ex uniformi modo vivendi possit numerus peccatorum esti mari. Huc spectat Doctrina P. Steph. Fagundez supra ques. n. 13.
- 34 Queses 17. An Confessorius debeat habere tanquam peccatum mortale , quando pueri , & homines simplices , rustici conuentur , se fecisse aliquid , quod tantum apprehenderunt velut *maliū in genere* ? R. Cum P. Gobat n. 7. csl. 10. n. 458. eti tales actiones ex se effent mortales , in hujusmodi tamen confusa cognitione iudicandum tantummodo peccasse venialiter , praefertim in hominibus *bonae confientiae* , & quibus non *permittit* esse peccare mortaliter , vel venialiter. Et hinc quando simplices hujusmodi peccatum scilicet *reuerterunt* , ulque dum ex concione , vel aliunde *cognoverunt* esse peccatum grave , P. Gobat non obligat ad repetitionem confessionis , nisi fateantur , se hacenus *post* , & *ante* S. Communionem propter hujus memoriam suffisse anxios.
- 35 Queses 18. An Confessorius *terminos rusticos* , aut certae Nationis non satis intellegens debeat eos absque absoluzione re-
- mittere ad alios , qui possunt , & volunt eos intelligere , & abſolvere : R. Cum P. Gobat n. 7. csl. 11. n. 487. etiam *extra casum necessitatis* aut confessionis praecepta posse tales admittere ad suum confessionalē , & si non omnia intelligat , modo aliqua , & potiora ; si tamen aliqua *mortalia* non intelligat , vel de iis dubitet , debet omnino monere , ut alium querant , cui hoc peccatum integre aperiant. Imo eti certum sit , quod Confessorius hujusmodi plebeis expofiti primis mensibus *quatenusque* errent , intelligentes *quod pro quo* , aut interdum nulla ratione possint extorquere explanationem sufficientem aliquorum , P. Gobat judicat tamen ex factō tot sapientum Superiorum isthac imperantium nullum inferiorem debere detracere , aut multum deprecari , si peritus tantum unius dialecti in illa lingua exponatur ad excipiendo confessiones utentium *alia* , admodum quidem non tamen *extreme* diversa. Emanuel Saa absolute scribit , tales posse absolvī , eti unum tantum veniale nutibus exprimant ; quod tantummodo verum est in casu *necessitatis* , ubi nullus alius habetur , qui melius intelligat.
- Quaes 19. Quid interrogare debeat Confessorius in confessione *obsecratori*? R. Cum P. Gobat n. 7. csl. 17. n. 539. posse hic teneri doctrinam plurium Theologorum , qui tradunt Confessorium non teneri ad instituendum tam accuratum examen. Sic Reginaldus apud P. Gobat hic docet , non debere illa interrogari , nisi que *certo novit* omitti à penitente , & quæ alias hujusmodi obsecratori sunt *confusio* , & *committitur nota*. P. Coninck apud P. Gobat hic ait , sine necessitate non esse descendendum ad *particulares* aliquos modos peccandi in hac materia , aut circumstantias ; & præstat penitentem non ita perfecte confiteri (modo tamen *bona fide* procedat , & nihil cum remorsu omittat) quam ei scandalum , aut sibi motus sensibilis periculum facere. P. Tanner hic ait ; quando *bonifiores* & prudentiores negant *cogitationem* , non esse descendendum ad verba , vel opera : aliud est de *ruficiis* , quia vix alia peccata cognoscunt , quam opera. P. Gobat hic ait , regulariter non esse necessarium , ut ex confiteanti *inclusum* quatuor in *quo* gradu commissus sit ? quia cum raro contingat in primo gradu , potest tenere sententiam probabilem , *exteros* gradus non differre *specie* , adeoque esse tantum circumstantiam aggravantem. P. Gobat & Sporer cum communī docent , spōnum , qui fatetur fornicationem , non esse interrogandum , an sc̄minam ad hoc *induscent* ; cum enim hoc communis fiat , profumit confessorius in Mare peccatum inductionis,

### *De obligatione paenitentem instruendi, docendi.*

Q. 9

nis, & scandali. Aliud est in *femina*, qua Marem ad hujusmodi peccatum inducit; hoc enim Confessarius a *sexu* verecupido non prasumit; unde talis inducitur a *femina* leorismi est explicanda tanquam peccatum *speciale* contra *charitatem*, & circumstantia speciem mutans. Gobat docet, *adolescentem* confitentem impudicos tactus, non deberi interrogare de *pollutione* fecuta (nisi alius ex prateritis confessionibus sciat) sed tantum, an illi attacetus fuerint *daturi*, & ad *voluptatem* querandam? quorum alterutrum si neget, non est ultra interrogandum; bene autem si unum ex his fateatur. *Femina* de pollutione *rarijime* sum interroganda; cum vel raro illis eveniat, vel non advertant. Similiter si confiteantur tactus passivos, & activos, si aliunde nostri, an sint solute, vel ligate tantummodo quarendum, quoties id fecerint. Plura de his habet *tradit. 7. c. 16.*

38 Quæres 2o. Quid Confessarius sub his necessariis interrogacionibus tentare agendum? R. Cum P. Gobat *tr. 7. cap. 17. n. 540.* si Confessario, dum haec interrogari, oriantur turpes imaginationes, motus, aut initia aliquaj pollutionis, ac denique ipsa pollutione, ne idcirco desistat a debito officio, sed animum ad Deum erigat protestando breviter, talia sibi displicere. Et quando dubitat, utrum aliqua interrogari ex sola curiositate (qua lane hic multum culpabilis est, quamvis non utique semper mortalis, ut P. Gobat ait) an potius ex fine *bono*, seu animo juvandi paenitentem, & eis statim melius intelligendi, potest hoc *refrehore* ex eo, an etiam in alijs circumstantiis sit ita accusatus, si illas non multum curerit, sed tantummodo has ita exaggeret, potest sibi timore de animo minus casto, & contra seipsum presumere, ut quæs. 3. n. 19. dicunt est.

f. III.

### *De obligatione paenitentem instruendi, docendi.*

42

39 Quæres 1. An Confessarius debet instruere paenitentem circa mysteria fidei? R. Cum P. Lohner *n. 25.* affirmative: si enim neciret ea, que ad *valorem ihu* *Sacramenti* requirantur, non esset hujus capax. De *rebus fidei* sufficit, si doceat ea, que sunt *necessaria* medi *confessaria*, velut sunt *sola existentia Dei*, & *Remuneratio* ex probabili sententia plurium apud P. Lohner *hic*. Ea, que sunt de *necessitate precepit* *necessaria*, relinquat Parochis, & Concionatoribus.

*Suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.*

Quæres 2. An Confessarius instruere debet laborantem conscientiam *erroneam*? R. Affirmative cum P. Lohner *n. 26.* ubi nullum timetur exinde malum, & speratur bonum. e.g. si rusticus putet, modicum quid laborare, aut nere esse peccatum grave, item saltare etiam servata omni honestate, aut vomitum ex *causa naturali*, vel ebrietate nulla tamen modo pravissimum, nec intentum. Item cibos condire de *larys*, ubi nihil aliud habent: *Ladere* diebus festi, videlicet in speculum, pati *pollutionem* involuntariam in somno absque causa ad hanc data, *magis filii*, ancillis etiam *cum meditamine*: si aliquis ipsos odio habeat, quamvis ipsi petant, & sint boni amici, aut optent reconciliari: si aliorum divitias, vestes etiam sibi optent, licet non dñeant, quod alter habeat: si diebus jejuniis extra cenam bibant, si preces *sodalitatum* omittant: si vesperas non adeant &c. in his omnibus corrigi possunt absque ullius incommode; sicut si putent aliqua esse peccata, que non sunt.

Quæres 3. An Confessarius instruere debet ignorantes malitiam *molti*? R. Cum P. Gobat *tr. 7. n. 315. & seq.* esse communiter hujusmodi obsecrantes proponendam suam obsecrationem, etiam peculiari ex causâ, quod & inveterata turpitudinis consuetudo reddat incorrigibilis, & reperire sit paucissimos, qui hoc peccatum diu patiente sine gravi remorsu conscientie, adeoque cum conscientie proprie *dativa*, an non peccent *graviter* &c. pauci quoque, qui moniti se non emendent valde notabiliter, aut pro emendatione transeant ad Matrimonium. Accedit, quod ignorantes *alios* facilius corrumpant &c.

Quæres 4. An *jurantes* instrui, & corrigi debeant? R. Cum P. Gobat, illos, qui solent rem *falsam*, levem tamen, confirmare *juramento*, vel qui jurat per *animam meam*, res ita se habet &c. invincibiliter ignorantes haec esse peccata mortalia, vel *juramenta*, corrigendos esse, si spetur tamen fructus; alias finitam potius matraliter peccare. Si autem sit ignorantia *vincibilis*, vel adsit *remorsus conscientie* semper corrigendi sunt. Hinc qui jurant per *multa Sacra menta*, semper corrigi debent; quia plerique hanc phrasim habent pro gravi in honoratione Dei: quamvis alias jurare per *Sacramenta* specialiter, vel per *Deum*, sine directa tamen, aut indirectione Dei vel *Sacramentorum* *vinclorum*, sed tantum ex *conscientiae* jam aliquo modo deposita, vel ad *terrem* militum, vel aliis incutendum, non sint peccata mortalia. Gobat *cap. 7. n. 319.*

C

Quæres

- 43 Quares 5. Qualis prudens requiratur in intruendo penitente? R. Cum P. Sporer, si confessarius advertit penitentem in errore, vel ignorantia constitutum e.g. dum Matrimonium putat esse validum, quod tamen est invalidum &c. si error est vincibilis, corrigi debet, quidquid sequatur, alias relinquetur in statu peccati mortalis ratione ignorantiae culpabilis & vincibilis. Si autem talis error, vel ignorantia sit invincibilis, nge speret fructus, nec aliunde aferat talis error damnum ignorantia, non debet corrigi, sed in bona fide relinquendus est; quis ex dubius malis minus eligendum est: minus est autem malum, si talis in suo errore invincibilis relictus peccet materialiter, quam si correctus peccet formaliter, aut alia scandalia fierent: nisi forte res adhuc sit integra, & error sit circum matrimonium primum contrabendum; tunc enim si penitenti corrigenti non acquiescat, ipse in culpa est, & consequenter si erret circa impedimentum diligens matrimonium primum contrabendum, corrigendas est. Vide Gobat n. 9, cas. 12. n. 265. Si autem ex correctione & manifestatione erroris & ignorantiae invincibilis spernet fructus, omnino corrigendus est; sicut etiam tunc, quando penitentis ipse interrogat, vel dubitat: tunc enim non amplius est in bona fide & ignorantia invincibili, & alias Confessarius mentiretur. Interim omnino *caute* inquiri debet, an ignorantia sit vincibilis, vel invincibilis, ne Confessarius forte sua interrogatione inepta ex invincibili faciat vincibilem, praetaque penitenti occasionem dubitandi. Unde Doctores monent, interrogations debere fieri tantum in generali, an non habeant remissum conscientie? Similiter Confessarius non debet plus respondere, quam interrogetur e.g. interroganti, an matrimonium post votum simplex castitatis contractum valeat, posseque redditus debitum, dicat affirmativè: subiectando tamen, quod illud non possit petere.
- 45 Quares 6. At Confessarius semper ante absolutionem debeat penitentem corrigeri, & eidem siam obligationem influare? R. Cum P. Sporer, si penitens invincibiliter ignorans obligaretur ad aliquid adeo difficile, ut non crederetur tunc aequo animo correctionem accepturus, sed alia vice commodius videatur informandus, potest Confessarius illum relinquere in bona fide, & admonitionem differre: velut P. Sporer de se ipso ait: ejusmodi graves obligations restitutio, & similium excitato prius dolore, & generali proposito satisfaciendi pro peccatis, quantum in conscientia obligantur penitentes, in specie dein solet monere post absolutionem,

velut P. Laymann docet de flaga, que obsterit ultra 40. infantes baptizavit in nomine diabolorum, & ideo in conscientia erat obligata ad se manifestandum, ut saluti animalium succurratur, sed similiter post ablationem tantum era monenda. Si similiter ait P. Sporer de audiencebus confessiones Ziginorum, qui obligationem de cetero non furant vel nolunt apprehendere, vel putant impossibilem, ut nempe horum Confessarii, nisi ab eis interrogentur, vel talern obligationem dissimulent, vel post absolutionem tantum eos de hac moneant.

Quares 7. Quid agendum Confessario, quando docuit non docenda, vel suscit non suaduit fea quid illicitum? R. Cum pluribus apud P. Gob. tr. 7. cas. 18. n. 564. quando dixisti penitenti, non esse necessarium confiteri aliquid, quod tamen revera confitendum est, obligaris illum deducere hunc errorem, quando id potes sine penitenti scandalo, vel tuo magno incommode. Similiter si penitenti interroganti, an teneatur solvere certam mercem, debitum, aut raptis restituere, ex ignorantia crassas negas, ex P. Layman & aliis communiter teneris ex justitia monere, & edocere veritatem, fecis, ipse Confessarius satisfacere tenetur. Si autem sit Religiosus mendicans non habens unde restituatur, non tenetur nisi ad penitentiam, & ad monendum penitentem, sicut quivis alius etiam Confessarius clericus, dives, non tenetur nisi ad hec duo: quando nempe illud falsum responsum provenit ex ignorantia aut inadvertentia latem venia alter malis.

Quares 8. An Confessarius possit dimittere penitentem fine illo remedio salutis? R. Cum P. Gob. Reginald. & aliis, Confessario majore dandam esse operam, ut erga unum penitentem officium boni Medicis peragat, quam ut decem cursum absolvat. & hoc agit, eatenus necessario observandum, ut propter proportionem ad alios, non omittantur necessaria, & perutilles doctrinae, aut medicinae. P. Segneri in Instr. Confess. c. 2. ait; quid refert esse multos, qui exspectant? melius est sanare paucos, quam medicinam applicare multis, nullo consequente fructu. Item c. 6. ait: Considerate: vos penitentes sub initium confessionis omnes appellant Patres; proinde exhibete illis cor paternum; animæ sunt fordidæ, negari non potest, non idcirco minus pretiose; nam in sanguine agni innocentis lotæ, & Deo desponsante. Unde addit c. 8. antequam eas ad confessiones excipendas, implora Dei auxilium, & dic: Da mihi sedum tuarum affricem sapientiam, ut mecum sit, & mecum labore.

§. IV.

*De Obligatione Confessarii ad dolorem  
excitandum.*

- 48 Quares i. An Confessarius teneatur *dolorem* in poenitente procurare? *rg.* Cum P. Lohner affirmative, cum *hic* sit pars essentialis hujus Sacramenti; unde vult, ut homines *rudes* pro majori fecuritate, vel de dolore interrogentur, vel ad eundem *disponantur* variis modis, quos ibi videre licet. In adultis ordinari potest supponere, quod hanc obligationem doloris sciant, & implere velint. Signa autem hujus doloris assignat P. Lohner: si gravem poenitentiam sponte accipiunt, vel etiam petant; si ab initio statim dicant, se graver peccata, si dicant, se post peccatum max doluisse, vel afterant, se sibi propositum posuisse, & dolere, quod hujusmodi peccata vitare non possint.
- 49 Quares 2. An Confessarius magis debet studere ad disponendum poenitentem pro *dolore*, & proposito, an pro obtinenda *integrata* Confessionis? *rg.* Cum P. Gobat tr. 7. cap. 7. n. 30. affirmative; quia inculpabilis omisso plurimum peccatorum non obest *valeri* ex Conc. Trid. sess. 14. c. 4. cum sufficiat integritas formalis: econtra omisso etiam *inculpabilis* doloris & propositi facit Sacramentum *omino invalidum*, & nullum.
- 50 Quares 3. Quid agendum, ubi poenitentes dicunt, se dolere, quod non possit fatis dolere? *rg.* Cum communis, utique dolorem debere esse *universalem* respectu *mortalium*, hoc ipso, quod unum non possit dimitti sine altero; similiter *efficacem*, ut excludat voluntatem peccandi, cum *penitente*, velut Trid. sess. 14. c. 5. requirit: illi autem qui dolent, se non dolere, non dolent, nec conqueruntur *carentiam doloris* quoad ipsam *substantiam* (alias utique dolor nullus est) sed tantummodo conqueruntur *carentiam doloris* quoad *intensum*, & ejusdem sensibilitatem; qualis utique non requiritur. Et hoc est pro *scrupulis*, qui nunquam credunt, se habere dolorem sufficientem.
- 51 Quares 4. Quando dolor debeat à poenitente elicere? *rg.* Cum communis, nihil interesse, si dolor elicatur ante Confessionem, e.g. in examine nocturno *cum intentione* ad craftinam confessionem, si immediate post confessionem, ut in praxi consultum sit, eundem in *actuali confessione* renovare. Quamvis sententia sit fatis probabilis, ad dolorem sufficere, si ex intentione *implicita* ordinetur ad confessionem faciendam, P. Sporer tamen ex P. Gobat ait, nolle tamen hanc *ego*.

doctrinam sequi respectu mei ipsius, quia illa, qua spectant ex institutione Christi ad *valorem Sacramenti*, sunt potius scrupulose quam aliquantum laxe observanda: maximè quia possit contingere, hunc dolorem per novum peccatum *mortalē* (venialia enim peccata non obsunt dolori *universalis mortalis*) fuisse revocatum. Quamvis aliqui cum P. Gobat teneant, cum motivum dolendi de omnibus *mortalibus* non moveat *virtualiter* *equaliter* per peccatum mortale subsequens, dolorem *universalē* non revocari faltem *affecte*, sed habere majorem efficaciam ad exclusendum unum mortale, quam ad aliud, atque adeo habere virtuale multiplicatatem. Interim in *praxi* renovandus, & eliciendus est *novas* dolor, quando post confessionem jam peractam, & acceptam absolutionem de novo occurrit peccatum *mortale culpabile iter oblitum*; tunc enim sicut danda est nova absolution, ita & *novus dolor* eliciendus, vel faltem dolor jam praconceptus ad hoc peccatum applicandus.

Quares 5. An in poenitente mera *venialis* confiteente Confessarius debet excitare dolorem universalem de omnibus *fatuem confessis*? *rg.* Cum communis negative: quia sufficit apponere materiam necessariam pro absolutione Sacramentali, et si huic admixta sit materia inutilis; sicut quandoque ad manifestentur à poenitente aliae imperfectiones non absolvibiles. Hinc P. Sporer ait: in casu, quo confiteris plura mendacia e.g. fatis est, si doles de hac ipsa frequenter, etiamque diminueri proponas, et si non doles, nec vitare proponas ipsa inveniencia e.g. secundum se: quia ipsa haec frequenter habet distinctam malitiam. P. Segneri in *Infruct. Penit.* c. 9. ait: velut non tenemur *omnia* venialia confiteri, ita non tenemur concipere dolorem & propotum de omnibus, & singulis, sed sufficere, si fiat de uno ilorum, & faltem intentionem habeamus non toties relabendi, seu minuendi numerum. Si vero nec ad istud videaris tibi animum tuum posse inflectere, juvat ex *præteritis* culpis aliquam, ad cuius refectionem te plus sentio esse dispositum, afferre, & detestari. Interim pro confilio etiam haec minima evitare conemur, ne verum fiat: qui *sernit modice paulatim decidit*. Eccl. 19. Nec debet hoc propotum venialia evitandi se extendere ad *occasionses vitandas*, sicut hoc requiritur in mortalibus, que velut sunt majus malum, ita etiam majori indigent propotio. Hinc relabentes in *estensam* venialia facilius absolviri possunt; frequens enim ille relapsus non provenit ex defectu propotio, vel doloris, sed ex frequentia occasionum, que moraliter vix sunt evitabiles.

C 2

Quares

- 53 Quæres 6. Quid agendum Confessario, ubi pœnitens habet quidem dolorum de peccatis, sed non *propositum*? Et quam firmum, atque efficax hoc debeat esse? R. Dolorem *sue* proposito firmo, & efficaciam esse nullum: nec enim alias est *seria* detestatio, & displicentia peccati. Interim, ut notant communiter Theologi apud P. Sporer, ad firmitatem propositi non requiritur necessarium *credulitas*, vel *persuasio certa ex parte intellectus* non amplius se peccaturum, sed sufficit firmitas ex parte *voluntatis*, quia *affectum* omnem pro *hic* & *nunc* depositum ad deinceps peccandum. Nec laudat P. Laym. illos Confessarios, qui pœnitentem adiungunt ad *specialiē promissione*, vel etiam *juramentum* de hoc vel illo peccato deinceps vitando, nisi forsan in lapsu nimis frequento, aut Reipublica permissio. Pergit P. Segneri: necessarium quidem non est, ut quis *persuasum* sit *beat*, se non peccaturum amplius, quia hoc dependet ex *eventu futuro*, & est actus *intellectus*: satis est, non *vel* deinceps iterare commissa, quod est actus *voluntatis*, qui dependet a *presenti tempore*, & illi, qui sunt in *inverterata confutudine*, sibi persuadeant, hoc posse divinā gratiā, & per eum, in quo omnia possimus, dum nos confortant. Et quamvis *relapsus* in eadem peccata sit magnum *indecentiam*, propositum præcedens non fuisse efficax, non tamen est argumentum *eridens*, tunc falso, quando quis applicat remedia sibi *præscripta*, vivendo confortium, coram crucifixo prolixius orando: aut si pœnitentes sponte suā faciant hujusmodi promissionem; haec tamen non obligat sub *dīfinito* peccato, quia tales non intendunt, falso communiter, novam sibi obligationem imponere, sed tantum legem Dei deinceps serio servare. P. Gobat n. 6. n. 188. hanc assignat Regulam cognoscendi, ut tuum propositum fuerit firmum: si nempe stante tuo proposito, & oblatā *tibi occasione* peccandi, eam certo vel sub dubio effles amplexurus, signum est, tuum propositum non esse firmum. Contra si permanente eo statu, occasionem *oblatam* hic & nunc effes repleturus, signum est, tuum propositum esse firmum. Debet etiam esse efficax ad occasions *saltem proximas* evitandas, aut ex proximis faciendas remotas; alias talis dimittendus est *sue* *absolutione*, cuius tantum peccator non est capax, ut statim dicetur.
- 54 Quæres 7. An *Recidivus* possit absolvī? R. P. Segneri in *Infruct. Confess.* c. 4. affirma, et si timeatur ad vomitum redditurus, modo habeat firmum propositum vitam mutandū. Ratio est: quia *voluntas praefens* scilicet emendandi est materia Sacramen-
- ti, non autem emendatio *subsequens*, quæ tamen cum Divina gratia etiam ab inconstante potest obtineri; *potens enim est Dens* *flature illum. Rom. 14.* autem voluntas illa praesens possit judicari esse efficax, dat Regulam: si ostendat *extraordinaria* doloris signa, quando quidquam *emendationis* affect, vel falso follicitudinem & *fatuum* gescit se emendandi, *remedias* *præscripta* usurpando: quis enim alias voluntatem *talem* cenfabit efficaciam, que nec unicum applicat medium ad finem suum consequendum? Et in *Infruct. Penit.* c. 9. ait cit. P. Segneri: potestne ergo sibi persuadere eos, qui multis iam annis suscep-*ter* familiariatati assuevere, verum in confessionibus suis habere propositum non revertendi ad antiqua peccata, fugiendi certarum personarum familiaritatem, & se undequeque his laqueis extrahendend? Ecce, inquit, pergam uti illius confutidine, & colere amicitiam, sed abfir, ut in peccatum unquam conscientiam, faciam id lolum temporis fallendi gratiā, non aliam ob eaſam, & sic mille sibi fingunt pretextus. Sed addit *loc. cit.* quid prodest dicere, *Confessarius me absolvit?* si tu non es dispositus, non es absolvitus a Deo, qui iusticias judicabit, & male factos procel-*sum* rescidet.
- Quæres 8. Quid faciendum Confessario, quando in Pœnitente recidivo, confutudinario &c. inventit signa *dubia* efficacis propositi? R. P. Segneri in *Infruct. Confess.* c. 4. si indicia facti propositi effent *ad eo dubia*, ut nescires, quid esset statuendum? sume ad deliberandum temporis spatiū, & *absolutionem differ*, & pœnitenti suade interim certas devotiones &c. spero, fore, ut ufo ipso dicas, quod ex hoc remedio vitam suam mutaveris; quamvis enim preces peccatorum, quamdiu in peccato perdurant, non conductant ad vitam eternam, conducunt tamen per modum dispositionum redendi ad vitam, juvant, ut Deus concedat tempus confundi, dolendi, fulpendi gladium Dei. P. Segneri c. 8. pergit c. 9. antequam *absolutionem* omnino neges, differ, & sic ut intelligat pœnitens, hoc esse remedium expedientissimum, & dic illi, quod satius esse judices, eum contristari cum emolumento, quam nimia indulgentia decipere: *suavissimos* verbis mel illinc aculeo, atque ostende, repulsa hanc non *ex odio* provenire, sed *amore*. Et in *Infruct. Penit.* c. 9. Quid prodest dicere, *Confessarius me absolvit*, si tu non es dispositus, non es absolvitus a Deo, qui minatus est, se judicaturum iusticias, hoc est revocaturum se ad examen, & disculsurum velut iudicia iusta tales male institutos processus, *absolutions* male factas. Et pergit: *for-*

te multi Confessarii nunc in inferno panas dant, non tam ob propria quam aliena peccata; quorum se fecerunt particeps nimis suā indulgentia, velut narrat P. Avila de quadam, cui se penitentis post mortem spectandum dedit, & objecit: Tu pecuniarum mearum, quibus apud inferos discrucior, auctor fuisti; ideoque mecum hinc nonnihil recede, simili his dictis eum amplexus est, atque intra hiantis terrae barathrum inter ventorum turbines, ac fremitus una secum abriput.

c. 9. Hinc P. Raymundus Jacobo Regi Aragonum à confessionibus maluit grandi miraculo per mare sine navicula fugere, quam eidem concubinam permittere &c. Huc spebat, quod P. Cardenas diss. 39. c. 2. fol. 694. notat: Experiencia docuit, non paucos peccatores hoc remedio avulsos esse à conuentudine peccandi. Inter alia exempla, ajunt, scemnam quamdam, quae in diuina peccandi licetia vixerat, accessisse Confessarium, qui ut peritus Medicus oportunitum remedium censuit dilationem absolutionis, quam dilationem ipsa cum magna indignatione accipiens descepsit: sed die sequenti reddit, contritione, & lachrymis plena dicens: Si ceteri Confessarii sic mecum essent, non ego tandem perfiditer in depravatis meis moribus; & per hoc remedium Confessarius lucratus est ovem errantem. Ad hoc autem requiritur magna prudenter in fessario; nam remedia, quae aliquibus profundunt, aliis possunt nocere ob diversas infirmorum dispositiones &c. ita Card. loc. cit.

57 Monendi sunt hujusmodi recidivi, considerent, quoties eis poena inferni sit iam condonata? an non praefaret Dei patientia non abuti diutius? nihil se præter ipsius utilitatem isto consilio spectare; fateri se, quidquid haec tenet gresserit, id omne eum in finem collimasse, ut Divina gratia fiat capacior. c. 6. Nisi hoc feceris, fingunt sibi confessionem ad modum veletatis, dum putant parum referre committere peccata, dummodo se submittant oneri, ea coram Sacerdote recitandi. c. 7. Alii, ut ait P. Segneri in Infrat. Penit. c. 12. confitebuntur iterum, iterumque redibunt; verum si apud Confessarium deposituerint pellem, non exuent venenum. Alii nequeri modo hanc, modo illam aduent Confessarium, itaque obtinent, ut peccatum illorum non appearat integrum, ut eti, nempe cum tali conuentudine, vel occasione proxima stipatum. Hinc P. Gobat advertit, multo plures confessiones fieri invalidas & nullas ex defectu propositi, quam ex defectu integratis formalis; & inde Confessarius singularem curam adhibere debet, ut penitentem ad seruum proprium disponat. Et hinc prudentes Confessarii apud P. Sporer proponunt penitentia suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.

tenti, an vellet potius mori, quam delaverate peccare mortaliter? ubi si penitens haefitet, aut dubitet, non confetur esse rite dispositus. Si autem penitens dicat, omnino dolere, & firmiter proponere deinceps abstinere; interim tamen sic, iterum relabat, jam toties relapsus; si hic timor, credulitas, persuasio de futuro sit tantum ex parte intellectus, voluntas autem pro hac & nunc nullum habet actualem affectum ad peccatum, penitens est sufficenter dispositus.

Quares 9. Quid Confessario agendum cum penitente in veterato quidem, & sepius recidivante, ac admodum verecundo? R. P. Segneri in Infrat. Confess. c. 2. apud hos Confessarios sub ipsa confessione, & antequam finiatur, nullum signum edat, ex quo libi supra modum gravia videri peccata sua colligant penitentes; immo dicat illis, se longe enormiora audivisse, neque ipsos primi esse, qui talia afferant: quin potius addat animos identidemhortando; quantumcunque enim anima miserae venerit usque ad partum, angantur, & torqueantur, sepius tamen accidit, ut virtus non sit parientia. Isa. 37. Admone illos gaudii, quod in celo oritur ex conversione unius peccatoris, & quanta cum transiit fuit reversuri domum, benedictores diei millies, quā conscientias suas tanto onere alleviariunt.

Quares 10. Quid agendum cum iis, qui 59 nolunt suis inimicis ignorare? aut culpam condonare? & ita non habent requisitum propositum? R.P. Segneri in Infrat. Confess. c. 11. has notabiles doctrinas assignando: Ad cognoscendum, an etiamnum sit inter aliquos inimicitia, quere, an defideret malum inimico? negabit, ut moris est: deinde, cum per exteriora prodantur interiora, procede ad signa e.g. ait locutus fuerit cum suo adversario, aut faltem cum altero, qui ipsum contingit? si penitentis ante factam injuriam solitus est salutare, & alloqui, & modo taceat, aut si alios suos vicinos, & concives soleat alloqui, & salutare, non autem hunc, tunc est signum latentis odii, quod prohibetur Levit. 19. non oderis fratrem tuum in corde tuo: Ratio est; quia eti sermonatio & salutatio sit alias signum specialis benevolentie, ad quam quis non tenetur ex precepto, sed tantum ex consilio; in his tamen circumstantiis sunt signa communia charitatis, quae signa adversario denegare est vindicta, & probent adversario occasionem exercendi similem inimicitiam, consequenter prebet scandalum adversario, & alius, qui hoc advertunt. Interim verum est, ordinarie penitentem non esse obligandum, ut salvando præveniat, quando notabilem accepit

D inju<sup>a</sup>

injuriam, aut quando illius conditio *mali* excedit conditionem adverfarii. *Malum* minus, quando quodammodo certum foret, quod falutanti non effet *responso* reponenda.

60. *Quandoque* Superiori permisum non loqui, non falutare; non tamen ei licitum est semper, sed ad tempus duntaxat; cum mensura pena debet correspondere delicto, nec durare perpetuo, ne degeneret in vindictam. Hinc licet absolvit post Paterfamilias, qui per aliquod temporis spatiuum non *reputat* filium, quod is contraxerit e.g. nuptias toti familiae ignominiosas; nihilominus absolvendus non est, si illud *datus continuaret*: nam si licitum est ipsi esse fevere, non tamen licitum est esse crudelem: ita P. Segneri ex Laym. L. 2. tr. 3. c. 4. n. 2. & 4. Pergit P. Segneri sic. Quod si poenitens nolit edere debita charitatis signa, simula te credere, cum vere ignoruisse, atque ita urge: Adversarius tuus nequic inspicere cor tuum tam sincerum, proinde neceesse est, ut opere illud ostendas. Si hoc obstinare renuat, praecepit, per aliquod tempus quotidie aliquoties ad Deo pugnare gratianam scipsum vincendi; & videbis, quod sit imperaturus, Imperia, ut aliquoties Deo, & Beatisimae Virgini commendet *sabatum* sui inimici, & hoc ex Christi exemplo, qui in cruce pro suis crucifixoribus oravit. Cave ab omni verborum *austeritate*, ut nec sufficiari possit, te esse advocatum & fautorum partis aduersus, potius te ob acceptam injuriam eis *compati* benignus demonstra; sine illos conqueri! sine exaggerare, neque facile in hoc eos gravis culpe argue. Maxime vero humanum ac suavem te prabe, quando injuria est *recens*, & injuria illator est facinoris; quando *offensus*, si exasperatur, majori impetu convolare ad vindictam.

61. Quares 11. An, & in quibus casibus possit quis licite alterius mortem desiderare, latrem *ineffaciter* absque actuali applicatione mediorum mortem inferentium? R. Cum P. Cardenas in *Crisp. Theol. propos.* 13. primo posse licite alterius mortem *ineffaciter* desiderari propter *bonum spirituale illius*, vel alterius. Ratio est: quia bonum spirituale debet preferri bono temporali: sic Pater, vel Mater potest *ineffaciter* desiderare mortem sui filii, quem timet fore pervertendum. Sic juxta S. Thom. 2. 2. q. 76. 4. 1. potest quis optare peccatorum gravitudinem, aut aliquod impedimentum peccati, vel ut ipse melior, officiatur, vel ut latrem ab *ahorum* *nomento* effetur; quia intentio desiderii non fertur directe & immediate ad malum alterius, sed tantummodo ad *bonum*, quod ex malo resul-

tare speratur. Advertit tamen P. Dominicus Viva, in praxi hujusmodi *optiones* & desideria documenti esse *periculosa*; quia sub tali zelo iustitia aut correctionis sepe latitatem odium inimici & desiderium vindicta.

62. R. 2. Cum eodem: licitum est desiderare mortem allicius propter ingens bonum etiam *temporalis* *totius Communis*, vel Ecclesie: quia bonum commune praeferendum est homini allicius privati. Sic Ecclesia orat, ut gentes paganae (idem est de haereticis) *qua sua in veritate confidunt, dexter et tua potentia conterantur.*

R. 3. Cum eodem: licitum est hujusmodi desiderium ad evitandum aliquod *magnum invenientiam*, quod ex vita illius imminet vel *fili*, vel alteri *suo amico*, quem plus tenet diligere. Sic Pater, vel Mater potest licite desiderare *ineffaciter* mortem sui Generum, qui filiam suam perfime tractat; quia hoc est magnum malum, & Pater plus tenet diligere filiam suam, quam Generum. Interim

64. R. 4. Non est licitum sibi vel alteri desiderare mortem ob causas *levissimas*: e.g. ad evitandum fastidium ex alterius rufi, integrata conversatione &c. quia vita proximi me debet preferri emolumento temporali & minoris momenti: & ideo damnata est propositio, seu *desiderium mortis paternae*, ut polis *adire bareditatem*; quia haec est *minoris momenti* quam vita Patris. Interim licitum est sibi mortem optare ad evadendas avarum morte ipsa deteriores. Sie Elias 3. Reg. 9. petitiv animæ suæ, ut moreretur ad evadendas Jezabelis infidiles.

65. Quares 12. An quis teneatur per actum *internum* & *formalem* diligere proximum? R. Cum P. Cardenas in *propof. 10. & 11.* affirmative: quia sine ullo actu interno dilectionis proximi non salvantur tot locutiones S. Scripturae: *Luc. 10. Dilige dominum deum tuum, & proximum sicut te ipsum.* & 1. *Ioan. 4. Hoc mandation habemus a deo, ut qui diligat deum, diligat et fratrem suum.* Imo addit P. Cardenas in *cau filii odio invide, rixa, dissidii deponendi &c.* esse per se obligationem diligendi proximum: quia in tot occassibus dissidi, rixarum, emulationum, que in quavis republica occurruunt, est difficillimum nos servare innoxios, nisi exercamus actionem dilectionis erga proximum: ad quem actum temerum aliquando sub mortali, aliquando sub veniali juxta gravitatem, vel levitatem materie. *Cx. 1. Pet. 4. mutuam in voluntate ipsi charitatem continuam habentes:* charitas autem continua petet per se dilige, non continuationem, *supposita continuatione occasione odii, dissidi.*

66. Quares 13. An etiam *inimicorum* teneatur non tantum de consilio sed de precepto

cepto diligere amore interno & supernaturali? R.P. Domin. Viva; propter preceptum illud Matth. 5. diligite inimicos vestros, teneri nos diligere actus etiam interno inimicos, quoties necessitas occurrit e.g. ad vincendum odium, vindictam, rixas; aut quando dilectio necessaria est ad vincendum scandalum, vel quodcumque odii signum; qualis necessitas moraliter in contumeliam diu abesse non potest. Hinc tene-  
mur etiam externa signa odii erga inimicum tollere e.g. denegationem salutacionis, ma-  
xime si tu sis inferior, aut prior leferis. Imo ex P. Suarez, aliquando per accidens tenetur Superior prevenire, quando sci-  
licet id judicatur necessarium aut ad de-  
ponendum odium internum, aut ad placan-  
dum inimicum, ut ipse odium depo-  
nat; pro salute enim aeterna proximi tepe-  
temur aliquid simile incommodum subire.

67 Quares 14. An possit quis sine peccato habere desiderium conditionatum, e.g. vellem mortem mei dimiti. Parentis, aut mei inimici, si ita Deus disponeret, vel effet Dei voluntas? R.P. Domin. Viva: Regulariter non dari hujusmodi affectum conditionatum sine peccato mortali. Ratio est: quia hujusmodi affectus est quidem obiective conditionatus, subiective tamen est absolu-  
tus, & practice magis oritur ex affectu erga divitias, & bonus temporale pro-  
prium, atque ex odio erga proximum, qui impedit affectionem illius boni tem-  
poralis, quam ex affectu erga Deum, ut eius voluntas implatur. Hinc voluntas haec hominis non est conformis voluntati divine, utpote qua morte in vult ob fines altissimos; homo autem ob bonum pro-  
prium. Nec voluntas nostra Divina, ut sit recta, semper debet esse, conformis in revoluta e.g. damnatione Petri, sed tantum in ratione volendi. Solumque debemus velle, & amare iustitiam Dei, non damnationem Petri. Videatur Theologia nostra Moralis part. I. n. 370. & 593. benigniora refe-  
rens.

f. V.

*De obligatione Confessarii ad Restitu-  
tionem imponendam.*

68 Quares 11. An Confessarius teneat monere de Restitutione fore facienda?  
R. Cum P. Lohner n. 35. ordinarie monitione faciendam dicendo: Dominus jam novem suam obligationem, & ad ilam para-  
mus erit. P. Cardenias prop. 38. monet cum P. Lessio, Confessarios, ut non facile in furtis etiam minus & qua ad peccatum mortale non pertingunt, dissimilent, sed

pro conditione & capacitate personarum semper aliquam faltem *restitutionem* injun-  
gant, que fiat vel reddendo rem eman-  
dem, si extat, vel ejusdem speciei, vel  
precium rei, vel compensando majori obse-  
quio, quam ex contraetu alias teneatur; vel si creditoribus non possint, conferant  
tantum in pauperes. Hac enim ratione,  
cum non *impune* transeunt, magis ab ejus-  
modi peccatis *afflerentur*, quam aliis pe-  
nitentiolis; alioquin fiunt ad hujusmodi  
furtula faciliores, & ad majora gradum  
faciunt. Cum autem onus Restitutionis  
quandoque arduum accidat penitentibus  
has Regulas dat P. Lohner. 1. Nemo te-  
netur ad restitutionem, nisi ex peccato  
mortali; & ideo ubi quis ex inadvertentiā, in-  
deliberatione, excusat, a peccato mor-  
tali, damnum intulit, ad nihil in con-  
scientia tenetur; ut Lessi. aliique docent in  
*ti. de jure, & iust.* 2. Regula est: nemo te-  
netur, faltem ante Judicis sententiam ad  
damnum non *præsum*, nec *inten*tu, eti  
operam rei illicita dederit; ita Lug. Gob.  
apud Lohner. 3. Regula est: in dubio, an  
teneatur, *absolvitur*, per Regulam, qua me-  
liorem facit possidentem. 4. Est: obliga-  
tio restitutions, faltem ante Judicis sen-  
tentiam in conscientia non tenet, ubi  
qui delinquit tantum in legem penalem  
aut mixtam. Gobat, Lohner. Econtra,  
qui scienter, & advertenter negligit occa-  
sionem restituendi cum danano veri Do-  
mini, aut *internupis* *moraliter* vicibus pro-  
ponit non restituere, peccat *tories pluribus*  
numero distinctis peccatis. Similiter qui  
post iterata proposita in confessionibus fa-  
cta, nequid tamen restituit, cum com-  
mode posset absolviri ordinaria non debet;  
quia talis confetur esse in affectu peccandi,  
& exponit se periculo noviter pec-  
candi. Ubi etiam notat P. Lohner, si ca-  
sus *dificios* occurrat, ut tunc vel moneat  
confitente, rem esse altioris indaginis,  
adeoque ad se deinceps pro resolutione  
redeundum; aut si penitentis fiducia dignus  
sit, siudaeat ei, ut ipse pium & docetum  
confulendo ejus iudicio se accommodet;  
quod ubi promittit, absolvit potest. Ulti-  
mo monet, ne Confessarius, non nisi cum  
summa cautela in se suscipiat onus restitu-  
tionis, ne penitentis famam ledat, & si-  
gillum confessionis.

Quares 2. An ipse Confessarius teneatur 70  
ad restitutionem, ubi penitentem male  
abfolvit ab onere restitutions? R. Cum  
P. Gob. n. 7. cas. 18. n. 564. & pluribus af-  
firmative, faltem quando Confessarius hoc  
fecit ex *ignorantia crassæ*: tunc enim hujus  
abfolatio & responsum à restituzione libe-  
rans, est causa *positiva* & vera *damni subse-  
quentis*. Confetur autem *ignorantia crassæ*,  
D 2. quan-

quando ignoramus tes illas nostri offici, que  
communiter evenire solent. Aliud est, si pœ-  
nitens non interrogetur, nec Confessarius positi-  
ve liberetur à tali onere, sed tantum ex obli-  
vione, vel ignorantia etiam crassa &vinci-  
bili negligi pœnitentem commoneat; sic enim  
cum Confessarius tantum negative se habeat,  
nec aliunde tenetur alterius bonum pro-  
movere, nisi ex charitate, multi cum Bonâ-  
cina eundem à supplenda restitutio absolu-  
vunt.

**71** Quæres 3. An Confessarius sine peccato  
aut onere restitutiois à se vel pœnitentem  
deinceps facienda possit restitutioem faci-  
endam commutare in dationem elemo-  
nyæ, procurationem Sacrificiorum legen-  
dorum? R. Cum P. Gob. tr. 7. casu 18. in  
appendice littera p. q. & seqq. talen communica-  
tionem esse licitam, & ab onere resti-  
tutiois utrinque tam ex parte pœnitentis,  
quam Confessarii omnino liberare, fal-  
tem si restituio hujus vel non possit sim-  
plificeret, vel non sine magna difficultate,  
vel infamie suspicione (sama enim non tan-  
tum minuitur per judicium, publicamque  
assertionem patrati furi, sed etiam per  
suffisionem) à pœnitente fieri; quia (velut  
multi cum P. Laym. l. 3. tr. 2. c. 12. & Na-  
varro docent) nemo tenetur restituere  
bonum inferioris ordinis cum jactura boni  
superioris ordinis, ut est *sana, honor &c.* & in  
re dubia in meliorem partem hujusmodi  
commutatio interpretanda est. Si autem  
difficultas restituendi sit exigua, seu per-  
culum infamie incurreret sive nullum, &  
ex parte Confessarii intercederet ignorantia  
crassa, omnino peccaret mortaliter talen  
commutacionem faciendo, ut *qua. preced.*  
dictum est. Pœnitens autem, qui rem abla-  
tam tradidisset Confessario, nec inde ef-  
fet factus *dator*, probabiliter effet liberatus  
ab omni onere iterata restitutiois: nec  
enim tenetur *bis* solvere, & ultra debitum  
restituere: nam facta elemoyna, pro-  
curatio Sacrificiorum jam *adequant* totum debi-  
tum; & quia hic modus restituendi est  
ab omnibus receptus etiam ipsis creditori-  
bus: sicut quis liberatur ab onere resti-  
tutiois, si rem ablatam, vel debitum det  
*famulo creditoris*, vel ejus parentibus, eti  
ad ipsum creditorem non perveniat: ergo  
etiam liberatur quis ab hoc onere, si con-  
fessario det, & ad ejus dispositionem rem  
impedit, cum etiam hic confetur esse  
*homo fidelis, & creditoris personam gerere*. Sen-  
tentiam contrariaam tenet Diana p. 2. tr. 2.  
missell. resol. 1. Lug. & alii apud Gobat.  
Item P. Matthaeuci cum Leff. Laym.  
Rebell. Et ratio est: quia quamdiu res  
non restituitur ipsi Domino, tamdiu ma-  
net radix restitutiois, scilicet ex *injusta*  
rei receptione: nec confetur Dominus in

Confessarium consensisse, vel aliam sub-  
missionem, nisi conditionate, si res ad se  
perveniat. Ex quo intelligitur, quam  
periculorum sit onus restitutiois in se  
suscipere. Ex quo patet, non facile onus  
restitutiois à Confessario suscipiendum, aut in  
Sacrificia, elemoynas &c. commutandum, ne  
forte res apud Confessarium pereat, vel ne  
postea detur occasio rem vero domino re-  
stituendi absque ulla difficultate, & pe-  
riculo infamie. Maxime cum furunculi  
istâ *eadem astutiâ*, quâ rem elegerent,  
possint eamdem antiquo loco & securâ  
absque infamie perponere.

## §. VI.

De obligatione Confessarii in impertienda  
absolutione.

**72** Quæres 1. An Confessarius teneatur pœ-  
nitentem *ab solvere?* R. Cum P. Loh-  
ner affirmative, si pœnitens sit rite dispo-  
sus, absolutio non nisi rarissime differi  
potest. Confetur autem rite dispositus,  
qui dat signa doloris cum proposito emen-  
dationis, occasiones proximas vitavit,  
mediis prescriptis usus est. Sed respon-  
sum ultimum ad Concubinarios absolvendo  
vide infra n. 33. Debitor morosus,  
etsi non habeat animulum solvendi, & sa-  
pius confiteatur, absolvit potest, si credi-  
tor ex dilatatione nullum damnum sequa-  
tur, ut docet Diana p. 2. tr. 17. resol. 3.  
apud P. Lohner. Ordinarie tamen ille, qui  
post iterata proposita in confessione facta  
non restituit, dum *commodè posset*, absolvit  
non debet; quia talis confetur esse in af-  
fectu peccandi, & exponit se periculo no-  
viter peccandi.

Quæres 2. Quæ sit forma tam ad *licitam*,  
quam ad *valdum* absolutionem? R. Quoad  
validam sufficeret, si dicat: *absolvo te: quo-*  
ad *licitam* vero debet addi, *ab solo te à pec-*catis tuis in nomine Patris &c.** ab omnibus,  
conformius ad principia tum physica, tum  
Theologica omittitur. P. Gobat magno  
concurso, omillis *miserereatur &c.* solet dic-  
cere: *Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Pa-*  
*tris &c.* dum pœnitens sensim recedit, orat  
*Pax Domini nobis &c.* quam orationem ex  
eo capite non omittit, quia si eadem di-  
catur *authoritative* à Confessario, & cum in-  
tentione, opera pœnitentis elevantur, ut  
ex *opere operato* causent remissionem poena-  
temporalis, atque ita supplet defectum  
pœnitentia, quæ idcirco minor est impos-  
ita.

Quæres 3. Quænam requiratur forma  
absolutionis pro tollenda *excommunicatione*,  
irregularitate, atque *impedimenta* petendi  
debitum? R. Ex Rituali Romano apud  
P. Gob.

P. Gob. quando quis ab excommunicatione tantum in foro interno absolvitur, sufficit dicere, abservo te à vinculo excommunicationis. Si autem etiam absolvendus est pro foro externo dicitur: *Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate Ipse, & sanctissimi Domini nostri Pape, vel Reverendissimi Episcopi* (quando mendicantes, vel alii Privilegiati absolvunt nomina Pape, vel Episcopi) *mibi concessas, absolo te à vinculo Excommunicationis, in quam incurris (vel incurris declaratus es) propter tale factum, vel causam, & restitu te communioni, & unitati fidei, & Sacramenti Ecclesie.* Si agitur de Irregularitate post absolutionem à confessis subdicitur: *Eadem auctoritate dispenso tecum super Irregularitatem, in quam ob talen causam (non nominando illam) incurris, & habem vel redditum, & refutum te executioni ordinum, & officiorum tuorum in nomine Patris &c.* In dispensatione pretendit debitum, haec est forma in Rituali. Rom. apud P. Lohner: *absolo te à peccatis tuis, & eadem auctoritate declaro te in dicto Matrimonio manere, & debitum conjugale reddere posse, & debere, nec non dispenso tecum, ut idem debitum etiam licite exigere valeas in nomine Patris &c.*

76 Quares 4. An absolutio si danda debet capite? R. Cum P. Gob. esti quidem hunc morem in Germania receptionem, & à P. Tanner contra Emmanuel Saa defensionem non tameni damnandos esse peccati, qui absque scandalo (quod non facile timendum à senibus, catarrholis, calvis in hyeme) absolvunt recti plicoli plicatili. Vagando hinc inde oculis, peccare confessarius vult P. Gob. saltem, quando videntes scandalizat, aut ibi iphi est causa distractio-  
num mortali-  
tate-  
culpabilium, quando nempe per eas contingit, ut vel peccatum grave non intelligat, vel facit, ut omittat interrogare de peccato non satis intellecto, & circumstantia. Si autem iterum interroget, & quidem sine notabili molestia penitentis, illa evagatio non videtur esse moralis.

77 Quares 5. An Confessarius male agat prius absolvendo à peccatis, quam absolvat à censuris, excommunicatione &c.? R. Cum P. Gob. nr. 7, cap. 4, n. 167. Confessarium mortaliter peccare, si penitentem excommunicatione *majeure ligatur* prius à peccatis aliis absolvat, quam ab ipsa excommunicatione, & censuris. Ratio est, quia talis censura in nodus mortaliter peccat recipiendo Sacramentum. In agentibus animam suffici dicere, *absolo te à censuris & peccatis, vel absolo te, cum intentione scilicet absolvendam tam à censuris, quam à peccatis.* Similiter censura suspensionis, & Interdicti rectius tollitur ante absolutionem à peccatis.

*Suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.*

Quares 6. An Confessarius male agat repetendo absolutionem super eadem omnino peccata, propter habitam distractio-  
nem. R. Cum P. Gob. nr. 7, cap. 13, n. 379: & pluribus aliis: extra rationabile dubium non posse repeti sine gravi peccato: quia sic forma fieret otiosa, & falsa: bene au-  
tem ubi adeit dubium rationabile, vel ubi non potest cum tedium & rubore peniten-  
tis secum de hoc diu deliberare: tune enim non tantum potest, sed debet *sub conditione* repeterre, saltem quando penita-  
tis confessus est aliquid mortale; quia ex duobus malis minus eligendum est; est autem minus malum iterare *sub conditione* Sacramentum, quam penitentem relin-  
quere in periculo absolutionis non suscep-  
tae. Tamburinus tamen vult, esse pecca-  
tum tantummodo *reniale*, qui ex du-  
bio levii, & mero scrupuli animi pusillan-  
mis *sub conditione* repetit, solum ut à se re-  
moveat scrupulum, & à penitente for-  
fan documentum. Gob. tamen nr. 7, cap. n. 175. ex aliis addit, dubium non esse rationabile, quando quis seu voluntarie seu involuntarie *distradit*, formam protulit; quia cum hac essentialiter tantum confi-  
stat in dubiis verbis, *absolo te*, non po-  
test oriiri prudens dubium, aut scrupulus  
de errore in formam commissio. Similiter in Confessario saltem *jam habituato* non esse *rationabile* dubium, si saltem ad ultima adhuc verba in nomine Patris e. g. adver-  
sat, signum est enim etiam priora protu-  
lisse; secus si non est habituatus; tunc enim suppetit ratio dubitandi, ergo & re-  
petendi, saltem *sub conditione*.

Quares 7. An, & quale sit peccatum pronuntiare formam absolutionis cum *dis-  
fractio-  
ne* voluntaria? R. Cum P. Gob. n. 7,  
n. 177. eum, qui longo ufo & bono pradi-  
tus admittit distractio-  
nes voluntarias in dan-  
da absolutione, non peccare mortaliter, sicut item docetur in pronuntiante for-  
mam Baptismalem: aliud est de Confessia-  
rio non exercitato: committit tamen pecca-  
tum veniale exterius gravius.

Quares 8. An Confessarius peccet ab-  
solvendo, dum ipse est in statu peccati mor-  
talis? R. Cum P. Gob. nr. 7, n. 196. Dian.  
p. 1, nr. 7, refol. 47. ficeretorem non pecca-  
re *audiendo* praefice confessionem, bene au-  
tem *absolvendo*, nisi prius eliciat contritionem, aut saltem conetur ad hanc elicien-  
dam, avertendo se ab omni peccato, ut ait P. Sporer: nisi ob *breuitatem* temporis in  
moribundo non possit elicere contritionem;  
tunc enim, ait Dicatillo, necessitas ab-  
solvendi moribundum preponderat ne-  
cessitati elicendi contritionem. Idem est,  
si à suo ordinario penitente *praeoccupa-*  
tum ita non possit sine suspicione, vel scan-  
daloso

dalo ei denegare auditionem ordinariam, vel *dilationem* petere.

**82** Quæres 9. An sit de novo absolvendus, qui peccatum prius ut *dubium* confessus, postea *certo cognitum* iterum confiteretur? ¶ Cum supposita illâ sententiâ, tale peccatum debere iterato confiteri (quod plures negant: de quo videatur nostra Theol. Mor. part. 4. n. 495.) *probabilis* esse, absolutionem sacramentalem esse repetendam, sicut in articulo mortis, vel ejus periculo aliquis tantum *in genere sua* peccata confessus est, & ab illis direcete quidem juxta P. Gobat & alios absolutus est, tenetur tamen superato morbo ea iterato confiteri, & ab illis iterum absolvit; ita etiam in hoc casu: neque potest poenitens valide cedere huic iuri sese absolvendi: qui non potest derogare integratam Sacramenti à Christo prescripta.

**83** Quæres 10. An poenitens dum post absolutionem jam datum addit peccatum, quod *omnino* erat oblitus, sit de novo absolvendus à suo peccato? ¶ Cum P. Gob. tr. 7. cas. 4. n. 220. affirmative, dicendo tantum: *absolvo te à peccatis tuis*, faltum quando illud peccatum est certo, vel probabiliiter, aut dubio *mortale*. Item *hunc sit*, etiam ubi illud peccatum est tantum *veniale*; tunc tamen non sit *necessario* quia non est credibile, esse semper intentionem poenitentis, ut velit obligare Confessarium, sed committere ejus arbitrio, ergo nec illi, nec Sacramento fit per hoc *injuria*.

**84** Quæres 11. An Confessarius peccando absolucionem sub conditione? ¶ Cum P. Gob. tr. 7. cas. 5. n. 269. affirmative; si id fiat absque rationabilis causa; potest autem rationabile dubium fieri. 1. Quando rationabiliter dubitat, an poenitens adhuc vivat, vel an sit prædictus sufficienti usu rationis ad peccandum in pueris e. g. 2. Si *rationabiliter* dubitas, an formam essentialem pronuntiaris. 3. Quando rationabiliter *dubitas*, an habeas jurisdictionem in certa peccata, barefin v. g. cum enim talis poenitens acquiescerit jus imperfectum ad absolutionem per confessionem *inchoatum*, fructu hujus certi juris non debet *integre* privari ob solum dubium; ergo faltum *sub conditione* absolvendus est. 4. Quando *rationabiliter dubitas*, an poenitens sit debite dispositus in dolore, proposito &c. Rationem tunc dat P. Gob. loc. cit. cum experientia teste ex centum dubiis casibus tam juris quam facti, vix unum, alterumve reperiens in quo, si proprii dubitent unus, duo, tres &c. non totidem reperiantur, qui affirmativam, aliis qui negativam teneant, hinc quando *dubitas*, an tuus poenitens sit sufficenter *dispositus*, potes prudenter ita ratiocinari: Ego quidem proprio

dubito propter hanc aut illam rationem, merito tamen credo, vivere prudentissimos viros, qui si adfessi, dicentes, meum dubium esse merum scrupulum, quidni igitur me accommodem illorum etiam ignorantum sensui &c. & hanc doctrinam, vult pro plurimis casibus notandam. Tandem addit P. Gob. cum omnis probus Confessarius habeat intentionem faciendi, quod Dominus voluit, Christus autem statuit, ut in hujusmodi casibus absolutione fiat conditionate, ideo sit, ut *absolutio probi Confessarii semper sit conditionata* in tali casu, faltum implicite, & *virtualiter*, eti absolvens expresse non cogitet de conditione. Imo aliqui, propter illa verba: *in quantum possum*, & *tu indiges*, absolutionem semper explicite conditionatam volunt.

**85** Quæres 12. An Confessarius male agat absolvendo, *antequam injungat penitentiam*? ¶ Cum P. Gobat negative: qui eti sit conveniens, ut reus non prius absolvatur, quam promittat satisfactionem; nullum tamen datur preceptum prius injungendi poenitentiam. Hinc oblitus hanc injungere, deque sua oblivione monitus à poenitente (Sicut P. Gobat fatur, sc quandoque fuisse monitum) cavere debet, ne iterum repeat formam absolutionis, nisi addatur forte novum *certum* peccatum, aut dubium cum *certo*.

Quæres 13. An *absolutio culpabiliter*, aut *in culpabilitate omessa licite suppleri* possit? ¶ Cum P. Gob. tr. 7. n. 236. quando oblitus es absolvere ab *excommunicatione*, aliave *confundere* illum, quem poteras, aut debebas absolvere, absolves etiam procul distante: quia *absolutio à confessore* non exigit *prætentiam poenitentis*: ac proinde, si nequibus tunc absolvere, potes postmodum à Superiori potestatam, quia impetrata uteris in absentem. *Absolutio à peccatis* non sit, nisi in moraliter praesentem, qualis praesentia moralis juxta Bonac. habetur, quando poenitens nondum recelit à *confessori Confessarii*: vel si illum non viderem, prouident tamen crederem esse adhuc in templo, non procul à me, distante autem ad 10. vel 20. passus revocaret P. Gobat, si *absque scandalo nemine praesente*, & advertente possit; secutus teneret sententiam Bonacinae. Aliud est, si aliquot hora, vel dies intercedant: tunc enim agenda tantum *poenitentia*, & res Deo committenda, cum ex *fengentia* probabili per Sacramenta virorum faltum per *accidens* sint dimissa illa peccata, & *oblivio* hac absolutione danda sine scandalo & infamia vix suppleri possit.

Quæres 14. An Confessarius male absolvat *recidivam*, & *confusitudinarium*? ¶ Cum P. Fillucci tr. 7. in *infruct. c. 3.* apud P. Gob.

P. Gob. tr. 7. c. 16. Confessarius non debere esse admodum difficiles in absolvendis recidivis, eoquod nemo sibi peculiari peccato mortali teneatur magis caveri, ne centies unum idemque specie peccatum committat, quam ne centes peccet in diversa specie: modo tamen emendationem seriam promittat, & declinet occasions proximas, quas facile potest, utaturque remedium à Confessario praefcriptis, eti nullus profectus haec tenus apparuerit: ita Leff. Lug. Sanc. apud P. Gobat. Aliud est, si fidei promittat, esto, dicat se dolere, aut si occasions proximas, quas facile posset, nolit evitare, atque adeo post octo, vel sex confessiones redeat cum iisdem peccatis, ac majori etiam numero, tunc enim *fus* 89 *absolutione* dimittendus eset. Ubi nota, que post sententias damnatas ab Innocentio XI. docet P. Cardenas *dissert.* 40. c. 7. art. 2. qui ait: à deferenda *proxima* occasione peccandi excusat sola *necessitas*, seu *impossibilitas* aut *physica* aut *moralis*: Ita tamen, & cum hæc *obligatione*, ut si quis nec *physice*, nec *moraliter*, redigendis alias ad extremam, aut quasi extremam necessitatem, potest deferere occasionem extermnam, ejiciendo e. g. ancillam, saltum tunc teneat extenuare periculum *proximum* peccandi, & facere tantummodo *remotum* per singularem derelictionem peccati, propositum serium, imploracionis specialis auxiliis divinis &c. &c. Ratio est: quia damnatio Pontificia damnat, & rejectit omnem illam causam excusantem, que est tantummodo *utile*, vel honesta: ergo sola *necessitas*, vel *impossibilitas* excusat à deferenda occasione *proxima externa*. Imo addit P. Card. loco cit. art. 2. si quis ex occasione proxima non posset facere *remotam* e. g. resistendo suo complice, evitando angulos &c. potius cum Sufanna mors effete subeunda, quam periculum *proximum* peccati: cum quibus obligetur ad evitandum peccatum mortale, etiam cum periculo vite. Under Card. diss. 30. c. 4. art. 2. docet: in materia *luxurie* non sufficere extenuare periculum *proximum* per actus *internos*, detractionis, propositi, sed requiri, ut declinet *occasions externas*, si *moraliter* sit ei *possibile*, alias non posset sperare Dei auxilium, si sponte ingrediatur occasionem periculofam. Vide infra n. 243. 249. & seqq.

90 Ubi tamen adhuc sciendum, quæ occasio sit habenda tanquam *proxima*. P. Gob. cum Lug. Dicat, & alii tener, eam esse proximam, in qua si es constitutus, *moraliter certo peccas de novo*, seu quia *nunquam*, aut *sive nunquam uteris sine novo peccato*, aut qui ex decem vicibus vix ter, aut quater evasit sine peccato. *Caramuel* excusat, qui toties vicit, quoties

victus. P. Gob. contra Tann. non agnoscit occasionem *proximan*, quando *probabile* tantum est, te succubiturum: tunc enim *communiter saltum*, etiam probable est te non succubiturum, atque ita te potes absque nota temeritatis, utpote ex opinione probabili, comittere huic occasioni. P. Cardenas *dissert.* 30. c. 3. a. 4. cum P. Tann. Sanchez & alii docet: ad occasio-  
nem proximam constituendam non requiri-  
tur *certitudo moralis* peccandi, sed sufficit  
periculum *probabile*, in quo quis *credidit* fre-  
quentier se, aut fere semper peccaturum:  
talis enim jam *anat* periculum, cui se ex-  
ponere semper mortale est. Notat insuper P. Gob. ad dignoscendum, an occasio-  
n respectu tui penitentis sit *proxima vel non*,  
esse spectandam ejus *indolem etatem fragilitatem, constantiam, prudentiam, imprudentiam &c.*  
quia potest esse, quod quis minus prudens  
fapiet cadat in ea ipsa occasione, in qua alter fortior & prudenter vis femei ca-  
dit, consequenter respectu illius est occa-  
sio proxima, non autem respectu hujus  
posterioris.

Quares 15. An Confessarius bene agat 91  
dimittendo penitentem absque ulla ablo-  
lutione, dum hic assert calum referaturum  
e. g. *heres*, *homicidium voluntarium*, *procurationem abortus* in *seu jani animato*, & non  
habet jurisdictionem in hac peccata? R.  
Talem Confessarium male agere non ab-  
solvendo, & non juvando hujusmodi pen-  
itentem pluribus modis 1. Indagando,  
an *severi* hunc casum effe Papæ, vel Ep-  
iscopo referaturum? si necit, vel saltum  
dubitavit, res est salva: quia tunc non  
incurrit referatio, vel censura in *foro interno*, & potest prima saltum vice, à quo-  
vis Confessario abfolvi; maxime si sit in  
*panam delicti*, aut habeat annexam *censu-  
ram*, utpote que non incurrit, nisi à *severi-  
bus*, & *consumacibus*; ut tamen plures  
apud P. Gobat tr. 7. cap. 8. n. 360. Vult tamen  
P. Gobat, ut hujusmodi *ignorantibus*,  
vel *dubitantibus* expresse dicat Confessarius,  
te quidem *absolvo* bac vice, scio tamen, me impo-  
storum te non posse *absolvere* absque expressa *lenita Superioris*; nisi enim ita dicat Confessarius,  
non crederetur suo. Superiori fatis  
fideliis in suo ministerio; cum plerique fi-  
delium ignorant reservations has.

2. Si penitens scivit quidem reservationem,  
nequit autem accedere Papam, vel Episcopum, non tenetur mittere nun-  
tium, vel accedere ejus delegatum e. g.  
Mendicantem, aut privilegatum. P. Gob.  
tr. 7. cap. 3. n. 135. & alii. 3. Si potest quidem  
hos accedere, sed tantum post aliquot  
mens, nec tamen interim diuinus  
care vult, nec potest *sacra Communiones*, &  
confessione, vel propter magnas indul-

E 2 gen\*

20

gentias', vel ne forte diutius sit in statu peccati mortalis, & carentia meritorum &c. Ultrum spactum *missus* noctis sit habendum pro exspectatione diuturna? Gobat non audet dicere hic n. 382. inclinat tamen P. Mendoza apud Dian. p. 517. 13.

refol. 8. propter illud: *stulte hac nocte repeatam à te annam tuam:* & tunc ait P.Dom. Viva: potest vel tantum *non reservata*, vel omnia simul confiteri; quia confessio adhuc est formaliter integra, sicut si ex causa gravis documentum, vel complicis aliud peccatum reticeret, potest iterum à quovis abfolvi, *cum onere tamen* habita occasione adeundi Confessarii privilegium, qui illum ex iurisdictione certa, & directe abfolvit (quod onus in praxi hujusmodi pœnitentie bene inculcandum monet P. Gob.) vel Penitentiarum pro medicinali P. Gobat tr. 7. cap. 8. n. 79.

Notabile est, quod P. Lohner n. 99. in solarium Confessiorum addit: si quis dedisset *absolutionem* super peccatum, in quod non habuit *iurisdictionem*, non multum inde angatur, dummodo omnia fuerint facta *ex bona fide*; quia si pœnitent simul proposuit aliud peccatum mortale, aut veniale, probabilitate *indirecte* absoltus est etiam à *reservatis*.

## §. VII.

## De obligatione Confessarii ad servandum sigillum.

Quares 1. Quænam pertineant ad *Sigillum?* R. Cum conuni & P. Lohner, hoc pertineat omnia, que in ordine ad *absolutionem* in confessione dicta sunt, & quorum revelatio onerofum vel *edofum* redderet Sacramentum. Unde melius est in hac materia incedere cautioni via, & non nisi *raro* de his loqui, & si de uno pœnitente singulariter interrogetur, nihil respondeat, vel aperte dicat, non esse hic locum de his loquendi. Nec cum ipso pauciente extra confessionem licetum est loqui, nisi *cum licentia*, vel *expressa*, vel *tacita*, que tunc est, ubi pœnitens *incepit* loqui de confessione. Intra Sacramentum autem licet ipso *absque licentia*, ut patet ex praxi, qui recidivos, & confuscularios propter antiqua peccata subinde non absolvunt. In casu autem, ubi ipse pœnitens dat licentiam loquendi, & manifestandi, consilium est, ut tantum peccatum, non autem ipse *peccans* nominetur. Similiter praefat dicere sub conditione e. g. *quid si contingeret hic casus*, *quid agendum?* quam sibi in confessione hunc causum esse propositum. Tandem si pœnit-

tens det *confusum*, & licentiam manifestandi, praefat hunc in scriptis dari, utubi opus, se legitimare possit; ita P. Mattheucci. Notat P. Gobat hic: non frangi sigillum, si quis pœnitent in via occurrenti ob *singularē* ejus innocentiam ex confessione notam exhibeat signum *specialis affectū*, et si hujusmodi pœnitentis adverterat, hanc singularem benevolentiam sibi exhiberi ex notitia confessionis facte. Judicat tamen P. Gobat etiam in his caute agendum, maxime si homini alias non fatis noto, & plura mortalia confessio exhibeam benevolentiam *extraordinariam*, quem alias non exhiberem: videtur enim haec benevolentia extraordinaria esse quasi repetita *memoria* peccati confessi. Et in hoc sensu verum est, quod Bonacina & alii docent, Confessarii post confessio nem debere ita se gerere erga pœnitentem, ac si nunquam ejus confessionem audieret.

Quares 2. An Confessarius rogatus à pœnitente possit complicem seductorem postea confessarum ferio dehortari ab hujusmodi seductione, aut alio crimen ex *foliatione* confessionis habito: aut si conjux maritum postea confessarum incutet de rixis, ebrietatisbusque &c. an possit Confessarius *ut bac notitia* ad illum deinde increpandum? R. Cum P. Gob. n. 7. cap. 8. n. 254. rarissime hoc expedire; & si forte hic corrigiendi complicem vel maritum modus adhibeat, ad tollendos serupulos de fractione sigilli, dicat pœnitenti, quandoquidem ait vis, ubi advenierit tuus maritus &c. *tanto enixius corrigam*, ita tamen, ut quantum fieri poterit, non dem ipso *justam causam suspicendi*, se esse mihi à te nominatum, vel accusatum.

Quares 3. An Confessarius frangat sigillum, interrogando sponsum e. g. de fornicatione habita, quam tantummodo sit ex precedenti confessione ipsius sponsi? R. Confessarij debere dissimulare, & *abstinere* ab hujusmodi *interrogatione*, falso in his casibus 1. Ubi prudenter iudicat, talem pœnitentem esse hoc crimen *jam confessum* alteri: aut quando non potest interrogare absque indirecta revelatione sigilli, aut quando per hanc interrogacionem injiceret *suspicionem* de confessione complicis e. g. si pœnitens sciat suam sponsam e. g. cum qua peccavit, eidem confessario esse confessam, & consequenter ex hujus confessione ita se urgeri: tunc enim omnino frangeretur sigillum, & confessio fieret odio: maxime cum confessarius *non magis* teneatur credere sponsum quam sponso. Si tamen aliunde, quam ex complicis confessione, & quidem certo nosset, cum mentiri, peccaret absol-  
vendo

*Quid Confessario observandum in audiendis pueris, & junioribus?*

21

Vendo illum, utpote indispositum. Si vero suspicetur, omitti tale peccatum ex mera oblivione, aut ignorantia inculpabili, quia non putat esse mortale &c. probabile est, te non obligari ad interrogandum, modo tibi confiteri illum diligenter excusisse conscientiam suam.

ad poenitentem juvandum: & aliunde potest supponere, habere suos Parochos, Parentes, quibus primario haec cura incumbit. In magno concurso, quando Confessarius dubitat de eorum sufficientia, potest eos dimittere cum cruce, prohibendo tamen, ne ad S. Communionem accedant, donec redituri melius instruantur. P. Gobat in dubio sufficientis instructionis interrogatur, cur venerint ad confessionale? nec quieticit, donec dicant, confitentes venire ad ecclsum, & econtra. Maxime autem instruendi sunt, ut de peccatis doloribz concipiant non tantum ex motivo naturali e.g. metu parentum, virgarum &c. sed ex motivo supernaturali, quia peccantes Deus destruit in infernum & varias poenas &c.

Quares 3. Quando Confessarius possit 99

judicare vel habere sufficientis usus rationis

in puer indicum? g. Cum P. Gob. n. 7,

12, 13, n. 452, in pueris non tam extatim,

quam ingenii & educationis qualitatem

spectandam. Alii ante 7. alii post asse-

quuntur usum rationis, ut patet in puer

quinquenni apud P. Gob. & Sporer in

blasphemis mortuo. P. Lef. censet, pue-

ros esse sufficienti usu rationis preditos,

si sciunt, quid eventurum sit male agentibus, quid bona operantibus. P. Gobat

vult, in Germania non posse presumi usum

rationis ante octogenium. P. Lohner haec af-

signat indicia usus rationis. 1. Si peccata

diffinita explicit; fecus, si pro se nihil

nec posint, nec velint dicere, vel non

nisi formulam a parentibus hauflant. 2. Si

interrogati diffracte respondeant; fecus ve-

ro, si temper affirmative, eti paulo post

Confessarius fecerit propositionem contradictorie prioribus appositam. 3. Si non

tantum nungentur e.g. extra confessionale

retrospiciant, vel in imaginem in confes-

sionali appenfanti &c. Ubi autem haec in-

dicia non sunt, de usu sufficienti rationis

vel omnino non, vel sub conditione tantum-

modo absolvantur: tunc enim ob condi-

tionem appositam Sacramentum non fru-

stratur, ut aliqui timent apud P. Gob. loc.

cit. & si absolutio conditionata detur, non

maneat in periculo sine salutis, si forte in

peccato constituti essent. Quo autem 100

anno ad S. Communionem admittendi pue-

ri? g. P. Matthaeucci alias anno 6. 7. 8. 9.

10. & quosdam 14. quo maturius alii alii

dispositiones requiras capiunt. Requi-

rit autem 1. Ut sciante discernere hunc ci-

bum Sacramentalem ab aliis. 2. Ut crea-

stant sub hostia contineri, & porrigi reali-

ter tortum Christum secundum corpus &

fanguinem, animam & divinitatem, &

quod non sit amplius substantia panis.

3. Ut sciante devote & reverenter hanc

esse suscipiendam cum praevio jejunio

suppl. Theol. Mor. R. P. Schnell.

F

tarata

## PARS II.

### INSTRUCTIO CONFESSARII

PRO AUDIENDIS POENITENTIBUS  
ORDINARIIS, ET COMMU-  
NIBUS.

§. I.

*Quid Confessario observandum in audi-  
endis pueris, & junioribus?*

97 Q uares 1. Quid Confessarius pueros interrogare, & monere debeat? g. Cum P. Lohner, diligenter attendendum, an tales, dum ad confessio- nem accedunt, ante han oraverint, *cre-  
cent* faciant, beneficitionem petant? si aliqui horum omittant, suavitate *finis* confessione monend, ut deinceps faciant. Ordinarii postquam ipsi se accusarunt, examinandi sunt, an, & quando confessi sint? an Missam semper, & devote audierint, parentibus obediverint, aliis & maxime senibus non illufert, agnomina dederint, an non mentiti sint, vel nihil furati? &c. Et si nihil horum fecerint, approbarit, & laudabit eorum conatum. De numero plerumque non sunt interrogandi, cum rare afferant mortalitatem; in *gravioribus* tamen ve- nialibus expediri queratur: an frequentius id contigerit? ut sic addicant in gravioribus numerum addere.

Quares 2. An debeat Confessarius pue-  
ros in fide instruere? g. Cum P. Lohner,  
circa ea, qua *necessitate media* sunt necessaria,  
plerumque non debet instruere, cum ex iis, qui usum rationis attigerint, &  
qui sufficientem capacitatem absolutionis  
recipienda habent, multus fa-  
cile futurus sit, qui non credit, *Dominum exi-  
stere, & iustis dare calum*, peccatoribus in-  
fernum. Circa ea, qua sunt de *necessitate  
praecepti* non tenetur alter instruere, quam  
alios poenitentes circa restituitionem, scilicet  
ex charitate, cum nullo jure cogatur

turali & confessione sacramentali. 4. Ut mente retineant post Communionem gratias Deo agendas pro tanto munere, & se ipsos offerendos in Dei obsqueum. Ad jejunium autem naturale requirit, ut nihil cibi, vel potus, aut medicina, vel aliud etiam minimum, etiam inadvertenter, vel casualiter sumat, & in stomachum actione vitali demittat ab extrinseco.

101 Quæres 4. Quomodo ad attritionem disponendi, & excitandi finē? R. Cum P. Lohner: cum experientia doceat, pueros subinde nihil minus quam de dolore cogitare, imo sipe non nosse, quid sit dolor, aut quid ad confessionem requiratur, hinc excitandi sunt, & quidem non tantum superficianter querendo, *an dolent de peccatis*, sed, ut P. Lohner instruit, querendo, *quot sint dii?* *an Dominum Deum diligant?* Et tunc, *an ergo ideo dolent se peccare, quod tam Dilectum Dominum & Patrem offendunt?* vel querendo, quorū veniant boni, & quo malū? Et deinde, *an ergo etiam flattant se emendare, & non amplius peccare, ne veniant in infernum, vel ut veniant in cœlum?*

102 Quæres 5. An si confiteantur, se Patrias diviti partem pecunia *notabilem* surripuisse, monendi sint de obligatione restitutio- nis? R. Optime facturum Confessarium, si quarat, an etiamnum pecuniam apud se teneant? & si affirment, jubeat illos, si fieri possit, eandem pecuniam suo loco, aut simili reponere occulte, ex quo putent, in manus Parentum venturam. Si negent, non obliget ad restituendum, cum plerique non possint restituere; nec Parens credi possit, velle eam pecuniam tam difficili modo a filiis restituui; hortetur tamen, ut deinceps abstineant.

103 Quæres 6. Qualis pœnitentia *pueris* injungenda? R. Cum P. Lohner: si eo die sint indulgentia exposita, posse injungere illas ipsas preces, per quas lucrantur, et si non sine capaces instructionis circa *intentionem* ad has lucrandas; cum juxta probabilem non requiratur *intentio*, vel *notitia* has lucrandi, modo opus peragatur. Ordinare autem pœnitentia fit parvula, consistens in *precibus*, quas statim perfolvere possint, ne alias obliviscantur, aut excurrant ante Ecclesiam. Similiter exhortatio debet esse *suavis*, ne alias horrorem confessionis concipiant.

### §. II.

#### *Quid Confessario Rusticorum, & rudiū agendum?*

104 Quæres 1. An Confessarius teneatur examinare *Rusticum*? R. Probabiliter

affirmative: cum enim hi videantur plurimum minus instructi ad confessionem rite peragendam, hoc ipso quod Confessarius eum velit absolvere, tenetur etiam procurare, ut absolutionis capax sit, & ne ad sacrificium cooperetur. Sunt autem rustici & homines simplices plerunque in sequentibus examinandi. Nempe an nunquam *juraverim*, an nunquam blasphemaverim per Sacraenta? an Sacrum die festo *culpabiliter* neglexerim, & quoties? an nunquam alii mala *imprecati* sint, & quando ex anima? an non *inimicitias* gerant? an non de alii *malo* locuti sint cum damno? an non verba *furia* locuti sint, & cum scandalo? an non se *voluntarie* inebriaverint, & quidem ut nescirent, quid amplerius agerent? an nullum vendendo, emendo *decepserint*? & quoties cum damno notabili? Item an famulis & ancillis *occasionem* ad peccandum ademerint, vel econtra, utrum simile quid scinter admerint? P. Lohner.

Quæres 2. An de numero, & specie 105 querendi sint? Item de circumstantiis? R. Ex dictis p. 1. §. 2. quæst. 6. n. 13. affirmative. P. Lohner tamen in *blasphemis, juramentis, detractionibus, turpiloquii*, cum si- pe ex defectu sufficientis intentionis, & adver- tentiae exculcentur à peccato mortali, & aliunde convenientem numerum affig- nare non possint, non esse multum de numeris querendos, bene autem de *confusione* horum, quoties in die, vel septima- mana. Aliud est de peccatis enormioribus e.g. de *fornicatione, ebrietatis, negligencia Missæ*; in his enim numerus facile affig- nari potest. Similiter interrogandi sunt de circumstantiis, quando illam explicare possunt e.g. in quantitate furti &c. non autem in *detractiōnibus*, & *verbis turpi- bus*, quia vel plerumque non advertunt, nec intendunt alii damnum inferre, aut dare scandalam, nec ad *numerum* audiunt. Si- militer non possunt discernere, an verba in honesta contra honestatem, vel charita- tem, an ex levitate tantum, & quadam confusione sint prolatæ. P. Lohner n. 11. Videantur dicta p. 1. §. 2. q. 11.

Quæres 3. Quid ubi accusant se de aliis quibus, *qua revera non sunt peccata?* R. Cum P. Lohner: si se accusant de vomiti- *naturali*, de lufu *moderato*, de chorea bone- *fla*, neglectâ *Missâ*, ex *causa justa*, de ini- *micitia*, id est, *lite* quadam *justa* coram judice &c. querendos esse, an similia, *dam fa- cerent*, habuerint pro peccatis? & si affir- ment, interroget numerum, & deinceps doceat, quomodo hujusmodi non sunt pecca- ta. Similiter, si dicant, se ab *alii* au- divisse, quod in ebrietate blasphemaveri- *rat*

rint &c. non sunt hac habenda tanquam peccata, cum plerumque hæc non sint voluntaria, nec intenta; utpote cum non se ideo ebriaverint, ut hec peccata committerent. *Vid. p. 1. §. 3. q. 2. n. 4.*

107 Quares 4. An si confiteantur se ad peccata curanda varias *incantations* adhibuisse, aut ab aliis petiti, censendi sint mortali peccata & ideo corrigendi? R. Cum P. Löhner: in hoc casu querendum esse, quales fuerint *incantations*, seu benedictiones? & si in his sine quædam signa omnino ignota, certus numerus, aut certa hora, vel certus situs, plerumque tanquam superstitiosi rejicienda sunt, monasterique, ut potius in Deum confidant; fecus nullam fore benedictionem &c. Quod si ab aliis petierint illas *incantations* adhiberi plerumque periculum est vanæ observationis, ideoque confundendum, ut deinceps ab hisjusmodi abstineant. De numero Confessarius non sit sollicitus, cum similia, in quibus est pactum *implicatum* plerumque tantum sint *venialis*, ut P. Bufenbaum apud P. Löhner docet: minus de peccatorum horum *specie*, cum probabiliter omnes superstitiones non distinguuntur *specie*, ut Diana cum aliis docet. Quando petunt, raro permittat, ut ad tollendum maleficium consilant, vel adhibeant alios forte in hac re famulos: quia plerumque dubium est, an tales homines hoc maleficium tollere possint sine *novo* maleficio. Monere tamen potest, ut ex hisjusmodi viri quarant, an *naturale* & *licito* modo possint tollere maleficium? & si hoc affirmant, possunt quidem ex communi Theologorum corum operâ uti; studendum tamen contrarium propter periculum, nisi evidens esset, tantum applicari *naturalia*.

108 Quares 5. An Confessarius possit absolvere rusticum ita rudem, ut ne articulos fidei, nec Sacraenta sciat? R. Cum P. Gob: non posse absolvere, saltem si necessitat illa, qua sunt necessitate media necessaria, ut secundum aliquos, est credere esse unum verum Deum, Trinum in personis. Similiter si necessitat ea, qua pertinent ad rationem hujus Sacramenti, ut sunt dolor, positum &c. alias absolveret indispositum, & incapacem. Aliud est, si tantum necessitat que de necessitate precepti sunt necessaria, pro horum enim instructione potest tales remittere ad Parochum, vel Parentes. Addit P. Lessius apud P. Gob: cas. 7. n. 31. t. tr. 7. cum sit probable, explicant saltem & distinctam fidem Trinitatis & Incarnationis non esse necessariam media sed tantum precepti, posse eos absolviri, qui ignorant hos duos articulos, modo proumittunt, se daturos, operam, ut discant primo, &

proximo tempore. Interim (ut P. Gob: ait) Confessarius potest presumere, horum omnium notitiam *cum* in presentente, nisi sint pueri, infantes, aut adulti admodum rudes.

Quares 6. An rusticus possit absolviri, qui non vult *refudare* eos, à quibus est offensus. R. Non posse absolviri, cum talis, utpote nondum *remittit* injuriam *ex corde*, non sit dispositus, & simul det alteri gravem causam ira, malevolentia. Similiter quando frater vel consobrinus invitatus ad nuptias, ad ædes non compareret, ex nulla alia causa nisi propter *offensam nuperam*. Hoc tamen non facile dixerim de eo, qui non salutat prior: salutatio enim est *speciale* signum affectus erga alterum: atqui juxta S. Th. L. L. q. 25. non tenetur offensus exhibere offendenti *speciale* signa charitatis.

Quares 7. An male agat Confessarius, dum rusticum confitementem varias *imprecations* non querat quidquam? R. Affirmative: quia talis nondum confitetur peccatum quoad *infiam speciem*. Debet igitur interrogare, an soleat maledicare ex animo, id est, vere optando, ut malum eveniat, an vero tantum ex *moto subitaneo*? si hoc ultimum affirmet, res est salva. Si fateatur ex animo, & serio imprecatum esse, querendus est, an malum *in grave*? si hoc, querendus est numerus, & malum in specie e.g. ut demoni rapiat; ut fulmen feriat &c. cum alias vix venturus sit in notitiam gravis malo. Probabiliter hon est necessarium, ut numerum personarum, quibus imprecatus est, addat ex dictis p. 1. §. 2. q. 1. n. 22. P. Carden, docet, consuetudinem *imprecandi* (qua quidem incipere solet per peccata *venialis* sine defensione damni inferendi), & paulatim solet crescere ex laxitate conscientiae, ita, ut hoc cum periculo proximo ex animo ita *imprecandi*) hanc, inquam, voluntarie retentam tanquam *speciale peccatum* esse confitendum. Idem docet de *consuetudine jurandi*; que paulatim crescit, ut non multum examinemus, an *verum* vel *falsum* juremus; adeoque cum periculo pejerandi. Item de *consuetudine detrahendi*, que in levibus incipiens solet crescere usque ad periculum gravium detractionum. P. Gobat n. 7. cas. 18. n. 587. imprecations ex *mero impetu* consuetudinis *involuntarie* retentæ, & quasi agnate, ac sepe per *pennitentiam revocates*; non esse peccata, cum non sint voluntariae, nec in se (cum ponantur fieri ex subito *impetu*) nec in *casi*, si nempe semel quis cohabatur hanc malam consuetudinem desponere; nisi forte in hoc ipso conatu intercesserit aliqua negligenter.

- 112 Quæres 8. An debet querere de numero, qui confiteretur, se in clementate pejerâſe, verba harœtica protulisse, aut vulnerâſe, atque damnum aliquod intulisse? **R.** Cum P. Gobat tom. 2. tr. 5. cap. 9. sect. 3. & seqq. distingendo, an tales actus fiant cum præfitione, atque adeo interpretativa intentione? vel non? si quis ad ultimum poculum, quod ebibit, non prævideat hac mala eventura, nec prius interderit, non sunt peccata defœtu sufficientis libertatis, & voluntatis, & ita de his nihil interrogandum, ut supra q. 5. dictum est ex P. Lohner. Si autem ad ultimum poculum hac fecitura adverterens, sunt interpretativa voluntaria, & consequenter peccata.
- 113 Quæres 9. An si ruficis aliquoties in Silva, vel suo agro feras occurrentes occidat, teneatur ad restitutio[n]em Principi faciendam, aut habent jūs venandi? **R.** Cum Haunold & aliis probabilitate negati-  
ve: quia Princeps non censetur aliter sibi reservare jūs venandi, quam ut rufici non impone[re] venentur, & deprehensi loco restitutio[n]is majorem multam solvant. P. Lef. Molin apud P. Haun. n. 5. n. 78. docent: ex confutendis hodiernis censetur remitti illa restitutio propter lucrum cessans. Principi alias facienda, intuitu majoris poena subeunda, si talis venator aliquando fuerit deprehensus.
- 114 Quæres 10. An si ruficis quotidie ex Silva communis, cuius ipse est membrum, sarcinam unam colligat pro privato usu, & præterea etiam duas singulis hebdomatibus ad vendendum, sit obligatus ad restitutio[n]em? **R.** Ex communi negative, saltem si scindantur rami tantum, & non arbores; & aliunde damnum non sit admittendum notabile ob parvitatem sylvæ ad communitem spectantis.
- 115 Quæres 11. An debet censeri peccatum mortale, quando rufici, & rudes confitentur, se fecisse aliquid, quod tantum cognoverunt non esse rectum, non esse faciendum? **R.** Cum P. Gobat tr. 7. c. 10. n. 45. 8. et si tales actiones ex se sunt mortales, in hujusmodi tamen confusa cognitione judicandum tantummodo peccâta venialiter, præsternit in hominibus timore conscientia, quibus non perinde est, ac peccent mortaliter, vel venialiter. **Vide p. 1. §. 2. q. 17. n. 34.**
- 116 Quæres 12. An simplices & rudes sint cogendi ad repetitionem confessionum, quando scienter retinuerunt peccatum aliquod, quod nunc puniunt ex concione, lectio[n]e, vel remorfu conscientia adver-  
tunt esse mortale? **R.** P. Gobat se adhibere lydium lapidem, & dicere, quando accedebat ad S. Synaxam, nomine conscientia tibi dictabat, te a Deo puniunt iri? si respondeat, num
- quam sibi venisse in mentem, alias nos-  
voluisse communicare, res falsa est; se-  
cus si fuerit anxius post, & ante S. Com-  
munionem. **Vide p. 1. §. 2. q. 17. n. 34.**
- 117 Quæres 13. Quid agendum, dum rudis vel ruficus tantum confitetur peccatum in genere, quod Deum non raro offendit; aut, si dicat, peccavi sapienter, nullum sic peccatum grave? **R.** Cum P. Gobat tr. 6. n. 479. & P. Lohner n. 76. si miles confessiones sufficere in casu nece-  
ssitatis extremae, aut præcepti urgentis ad confessionem, faltem si nullum pecca-  
tum in specie infinita occurrat; illud enim occursens omnino confitendum effici-  
ta omnes. Si autem occurrat veniale, P. Suarez, & alii contra P. Gob. censem, illud esse necessario confitendum, aut fal-  
tem mortale, alias jam confessum, ne abso-  
lutio exponatur periculo nullitatis.
- Quæres 14. Quid confessarius ab ho-  
mine rudi, & rufico nullum omnino pec-  
catum, nec mortale, nec veniale possit  
extorquere? **R.** Cum P. Gobat tr. 6. n. 479.  
& P. Lohner, absolvit tamen posse, ac de-  
bere modo dicat, se peccatorum, & dolore,  
cum censetur impotens ad peccata in  
specie confitenda, ac proin absolvit de-  
bet, sicut moribundus, qui tantum per  
signa in communis se accusat. Communi-  
niter tamen talis querendus est, & ur-  
gendus, ut explicet aliquod peccatum ex  
jam confessis, & olim in pauperita factum, &  
interrogetur, an de hoc se iterum accusare velit,  
ac doleat &c. vel ut P. Gob. tr. 7. c. 9. n. 43. o.  
sit; cum certum sit, eos multum venia-  
liter peccasse, & tamen tam incurios vi-  
xisse, ut ad hæc non attenderint, inter-  
rogandi sunt, an non de hac ipsa incuria  
(qua utique jam continet aliquam culpm) se  
accusare velint, atque doleant? & sic  
semper habetur materia certa.
- Quæres 15. An rufici male confitentes  
sive specie & numero, non tantum examinandi sint juxta dicta p. 1. §. 2. q. 6. n. 13. sed etiam interroganti, an bacillus ita solitus sunt  
confiteri? **R.** Confessariis posse præsumere, Confessarios priores jam satisfecisse  
suo officio ex dictis p. 1. §. 2. q. 16. n. 33.
- Quæres 16. An rufici sacrilegio haæc-  
enus confessi statim à Confessario examinandi,  
& velut è stapede absolvendi? **R.** Cum P. Gobat affirmative ex dictis supra p. 1.  
§. 2. ques. 13. n. 26.
- Quæres 17. Quid circa exhortationem,  
& injungendam penitentiam in ruficis ob-  
servandum? **R.** Cum P. Lohner, Exhortationem non debere esse longiore, sed  
ex motivis communibus, scilicet ex timore  
poenæ infernalis, vel temporalis, seu in  
bonis corporis, seu in bonis fortune infligende &c. subinde informari possunt  
facien-

facienda bona intentione in labore suo. Peccnitentia debet consistere in *precibus* ut plurimum, & quidem talibus quas *flam* recitare possunt, vel proximo die festo. Interdum poterit esse *confesso* ad certum *scelum*, frequentatio concionis, rosarii &c. Si graviora attulerint peccata, imponatur ad *minimam* recitatio rosarii, ne ex levitate penitentiae de suis delictis leve iudicium faciant, aut ne ex sua ruditate putent, peccatum non esse dimissum, aut Confessarius non bene intellexisse.

**122** Quares 18. *Ruficus*, qui confiteatur peccata mortalia simul & venialia, *sine* *veritate* tamen & discrimine, & similiter dolet dolore *universalis* de omnibus confessis? an, inquam, talis dum vel sub *ipsa confessione*, vel falso ante *absolutionem* peccat *venialiter*, vel per *novum affectum* ad *veniale*, vel peccato *irreverentiae*, *scurritatis*, *detractationis* erga proximum, vel complicem cuius memini &c. tenetur *rovina* *dolorum* elicere circa *mortalia* *confessa*? *R. Cum communis Doctorum*: licet talis *Ruficus* peccet *venialiter* sub *ipsa confessione*, & ita *revocet dolorum* prius elicitum *circa venialia*, non tamen revocat dolorem à se habitum circa *mortalia*, cum ille dolor licet *indiscriminatus* circa omnia peccata confessi fuerit elicitus, *sit virtualiter duplex*, & sicut unum peccatum, mortale scilicet, est magis detestabile quam veniale, ita etiam talis *ruficus* unum re ipsa magis detestari *confessus* quam alterum, consequenter revocato dolore circa *venialia* non censetur revocare etiam circa *mortalia*, adeoque non est opus novo dolore; alias plurimorum rusticorum confessiones forent irritatae, & occasio fieret multorum scrupulorum. Idem censet P. Gob, si quis confiteatur *mera venialita* & dolet de *omnibus indistinctis*, tunc enim per aliquod *veniale* de *novo committit*, vel ante, vel in *ipsa confessione*, non censetur dolor *universitatis revocatus*. Id ipsum sentit P. Gob, id ipsi mortalibus &c. sed de his vide *supra p. 1. 9. 4. q. 4. 5. & 6. a. n. 51.*

## §. III.

**123** Quares 1. An, & in quibus *isti* sint examinandi? *R. Postquam tales sua peccata enarrarunt*, posse de sequentibus interrogari, nempe de *blasphemis*, *inobedientia*, *juramentis*, *imprecationibus*, *ira*, *odio*, *inimicitia*, *litigio*, *luxuria*, de rebus Domini ablatis, de negligencia in sacris audiendis.

**124** Quares 2. An si aliquis ante determinata  
*Suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.*

tum tempus discessit à suo Domino, & quia credebat, se mercedem pro parte prioris anni non obtenturum, possit tantum auferre, quantum mercedi debita respondet? vel teneatur ad *restitucionem* tum mercedis, tum damni ex tali discessu Domini emergentis? *R. Cum Dian. p. 3. n. 6. refol. 15.* & alii, si talis *juste* discessit, e.g. ob immoderatam *scavitatem* sui Domini, vel aliam cauam justam, ad nihil teneri. Si autem *injuste* discessit, non quidem obligandum esse ad *restitucionem* mercedis, sed tantummodo ad *dannum* Domino emergens, immo etiam obligari ad redditum, nisi crederetur à Domino *juste* severiorem *cagitationem* pauperis.

**125** Quares 3. An si *condignam* sibi à Domino negari falarium conquerantur, possint uti occulta *compensationem*? *R. Cum communi & P. Bufenbaum p. 3. c. 2. d. 4.* affirmative, *factem*, ubi aliis modis obtinendi non superet; nec inde scandalum, aut grave incommodum sequatur. Porro justitiam mercedem dicit Lugo *diss. 29. sec. 3. n. 62.* esse *eam*, quae attingit saltem *minimum gradum* mercedis, qua in tali loco hujusmodi famulus ad ea servitia peragenda sollet tribui. P. Sporer tamen docet, si famulus ex necessitate, vel alia causa urgente *minus justo* stipendium petat, posse uti occulta compensatione; quia talis contractus saltem secundum *quid est involuntarius*, nec famulus habet animum donandi: ergo si ei non detur, quod secundum se *justum* est, potest occulta compensare: & Dominus sibi ipsi imparet, quod famulum minori pretio sibi servire cogat, & inde occasionem prebeat occulta compensationis. Interim in hujusmodi iudicio, *an justo minus accipiant*, famuli non debent suo proprio iudicio fidere, sed Confessarii, vel alterius vii rem intelligentis, & etiam *equa* affirmantis; subinde enim multis modis famulari voluntiam diminuit premium, & mercedem, sicut *multum mercatorum* & vendentium diminuit premium *ipsorum mercum*. Et addit P. Carde- nasc, sicut merces ultra oblate viliscunt, & minoris emuntur; ita cum famulus rega herum pro suo famulatu, minori pretio contentus esse debet; maxime si plures sint, qui pro *eadem* pretio servire parati sint. Idem est iudicium de opificibus, si pro labore suo justo minus accipiant, ut infra dicetur.

**127** Quares 4. An famulus pro obsequiis, ad que *alias* non tenebatur, prafitis, possit uti occulta compensatione? *R. Cum Dian. p. 3. n. 6. refol. 16.* P. Lef. & alii affirmative: quia dignus est operarius mercede sua, modo suam operam non minime estimet. Unde famulus, qui dicitur *G. xgro-*

128

agrotavit, potest per compensationem laborum procurare integrum mercedem.  
**Quares 5.** An, si famulus confiteatur, se vidisse alios furantes Domino suo, nec impedivisse, aut denuntiatis suo Domino, obligari debeat ad restitucionem? **R.** Si furtum à doméstico sit factum non obligari ad restitucionem, nisi cura domi, & suppellectili ipsi sit specialiter demandata, ut docet Lef. Laym. Navar. apud Dian. p. 3. tr. 5. refol. 5. & p. 6. refol. 5. ubi addit: hic locum non habere, si talis famulus aliquod munusculum à fure doméstico acceptaverit, ne eum proderet, tunc enim tali reterientia animatus est, & ad furtum inductus. Si autem furtum Domino fuit ab extraneis, & famulus riteat, talis probabilitate peccati contra contractum & iuritiam, atque ad restitucionem obligatur; ita plures apud Dian. p. 3. tr. 6. refol. 5. P. Lef. & Laym. tenent, posse Famulum, & ancillam aliquo peccato detractione monere Patremfamilias, si fur occultus domum una inhabitet, vel eidem inserviat: ratio est; quia talis fur occultus vel injactus aggressor non habet jus ad suam famam conservandam cum equali vel majori damno alterius innocentis, cum hujusmodi furis fama tantummodo in errore, & ignorantia fundata sit &c. Hinc incidenter addunt, posse manifestari occultam Medicis, Piatoris, Advocatis, Parochi imperitiam, si vergat in damnum aquale, aut maioris ipsius communis, vel alterius etiam privati. Similiter posse absque peccato detractione detegi occulti impedita Matrimonii &c. inhabilitatem ad officium &c. si alter ob horum ignorantiam grave damnum patiatur.

129

**Quares 6.** An sit obligandus ad restitucionem famulus, si confiteatur, se Domino suo tam in evidentia quam in aliis rebus furtum esse? **R.** Si talis furtum facta sint in rebus communibus, nec damnum sit admodum notabile, ad nihil teneri, ut docet Lef. & alii apud Dian. loc. cit. contra plurimos. Si autem res ablata sit prenota, aut etiam confessibilia, vel pocula sunt in magna quantitate, maxime si extraneis aut donaverint, vel vendiderint, ad restitucionem obligandi fuit P. Buseb. l. 3. tr. 9. c. 1. d. 4. P. Sporer excusat à mortali plerunque ancillas, & famulos magorum Dominorum, divitium Monasteriorum, qui plurima successice consumunt, aut male impudent: vel qui non advertunt, nec se reflectunt ad notabile damnum, vel ipsi Domini non sunt in his invititi, nec suos famulos tam fricte, & ad tam exactam suorum curam in minimis obligare volunt; cum scienti ipsi, attentâ consonâ fragilitate non solere, & moraliter vix posse talia admis-

nistrari, qui aliquid pereat &c. maxime si hac fiant per aliqua temporis intervalla, tunc iterum Domini non sunt tam graviori invititi, nec advertunt tamgrave damnum. Si autem hujusmodi famulantes hoc de suis Dominis profumere non possunt, & notable à se damnum esse factum advertunt, peccant mortaliter, & ad restitucionem tenentur, sicut alii fures minoritorum. *Vide quæsit. 13. bujus §. n. 138.*

**Quares 7.** An famulus tenetur ad restitucionem, ubi incio Domino cum ejus pecunia negotiatio fuerit, & lucrum in suam utilitatem convertat? **R.** Cum Dian. p. 1. tr. 8. refol. 32. negative: modo Dominus indennis servetur, & famulus abunde non tenetur ex voluntate Domini ad lucrum Domini modo meliori procurandum: id est, si famulus mutet aurum à Domino in solutionem faciendam traditum in mone-  
tum argenteum, & hæc solvat.

130

**Quares 8.** Si Famulus querat, an Dominum suum ad meretricem euntein comitari, aut concubinam advocare, & alia iusta Domini exequi licitum sit? quid Confessarius respondere debeat? **R.** P. Cardinus in *Crisi Theolog. in propol. 5. 1.* sequentes actiones esse damnatas, ut si quis scienter concubinam deferat, vel comitetur ad dominum heri sui ad affectum luxurie: Si scienter ferat litteras provocatorias ab Hero ad Concubinam, vel econtra: si ipse scribat hujusmodi litteras, aut advocet eam, ut adeat dominum, vel cubile Heri sui: si iussu Domini perget ad sequendum mulierem, ut sciat, ubi habiteret, ut id nocturnum faciat Domino &c. haec enim omnes actiones, licet secundum se indifferentes, in his tamen circumstantiis, & deserto adjuvant ad execrandam luxuriam. Interim docet idem P. Card. ad hanc damnationem incurrendam requiri. 1. Ut famulus scienter cooperetur ad malum, si autem tantum dubitet, vel suscipetur, non peccat; & hac ratione, ait, plerunque famulos excusat, quia ignorant ei ministeria esse ordinata ad execrandam libidinem; & quamvis mera suspitione tangantur, ea non solet esse talis, ut eos extrahat à mera dubitatione. 2. Requiritur, ut actio famuli secundum se quidem indifferens, deserto tamen proxime concurrat ad peccatum. 3. Requiritur, ut malum inde sibi timendum, si cooperetur, non sit solummodo, ne male tractetur ab hero, ne torvis oculis aspiciat, ne domo expellatur: si autem timeat sibi famulus gravem mutilationem, aut mortem ab hero sibi inferendam, inclinat P. Card. has actiones in his circumstantiis ex meta mortis honestari posse; cum Pontifex in sententia damnata de tali metu non loquatur.

131

132

**Quares**

- 133 Queres 9. An si famulus audiat suum confervum, aut Dominum esse excommunicatum, possit illum comitari, aut cum confervo convertari? R. Ad utrumque affirmative: ita plures apud Dian. p. 5. tr. 9.  
refol. 124. & 125.
- 134 Queres 10. An famuli censendi sint obligati ad *jejunium*, aut an illud frangant, si ex reliquie ciborum aliquia deglutiunt? R. Videndum esse, quibus laboribus ejusmodi famuli occupentur: si enim *gravibus*, ut plerunque fit in famulito civili, omnino sunt excusat, & quidem opificum famulos omnes, & ipsis opifices excusat apud Dianam p. 1. tr. 9. refol. 8. Fagundez, qui probat hanc sententiam, nempe farto-  
res, & Barbitonfores non teneri ad jeju-  
num ex privilegio Eugenii IV. ubi putat  
Pontificem excusare *omnes artifices* indiscri-  
minatim, sive eis concedendo privilegi-  
um non jejunandi, seu *declarando*, eos non  
comprehendi in *lege jejunii*. Altera sentien-  
dum est, de aliquibus famulis, aut ancillis  
tantum *comitantes* heros suos in templo,  
domos &c. His tamen applicari potest  
doctrina ea, quam Diana p. 1. tr. 9. refol. 9.  
tradit cum Fagundez, Azor, quod nempe  
illi e.g. fofores, ferrarii, qui laboribus  
ordinarie occupari solent, non obligen-  
tur ad jejunium, *est uno*, & *altero* *de* per  
accidens non laborent; cum tales homines  
indigent viribus ad sequentes labores,  
& *a priori* satis defatigi, & defatigati ma-  
neant. Diana p. 4. tr. 4. excusat illos, qui  
serviunt Dominorum mensis, dum comend-  
dunt de iis, que de mensa tollunt, si *parvum*  
post Dominos suos sint comedunt; quia  
totum hoc reputatur unica comestio, &  
possunt hoc modo *incipere* comestioem.
- 135 Queres 11. An Confessarius posuit ab-  
solvere juvenem opificem, famulum, vel  
famulam, *carnes* diebus prohibitus apud  
Dominum *hereticorum* comedentes? R. Cum  
P. Gobat tr. 7. n. 591. si talis non habeat  
quidquam, nisi panem, & bellaria, &  
aliunde non sit par ad sua servitia & opera  
citra virium fuerum defectum peragen-  
da, non peccare vescendo carnibus, modo  
ad *cavetum*, cavendum *scandalum*, & vil-  
penzionem praecepti Ecclesiastici apud ha-  
reticos evitandum *moneat*, & serio profe-  
tur, se hoc non facere in Ecclesia vel fidei  
contemptum ac vilpenzionem, sed sibi  
proper defectum *aliorum* ciborum non im-  
putari ab Ecclesia, cum id non faciat vol-  
ens & ex malitia, sed ex *necessitate*, aut si-  
bi factam concessionem a Confessario, qua-  
leum licentiam dare posse restatur Gob. ex  
P. Laym. Confessarios S.J. & consequen-  
ter ex communicatione privilegiorum forte-  
ti etiam *alios* Mendicantes, & Regulares  
&c. Si autem hujusmodi comestio fieret  
in contemptu fidei, vel signum *Sette Lutheranae*,  
nullo modo possit ea fieri, aut concedi.  
Unde P. Laym. lib. 4. tr. 8. c. 3. n. 3. dicit: 136  
laborantibus, & famulantibus Catholicis  
apud nos in oppidis haereticorum permitti  
potest, ut diebus jejuniorum carnis  
vescantur, dummodo scandalum tolli pos-  
sit, si nimis *durat*, & *prosternitur*, se in  
tali casu necessitatibus non obligari pre-  
ceptis Ecclesie; quo protestatio bene ali-  
quando penitentibus inculcanda est, ne  
hujusmodi ancilla vel famuli operentur  
cum conscientia *dubia*, vel remorsu pec-  
cati committendi. Ubi tamen addit. P.  
Gobat tom. 2. tr. 5. cap. 33. n. 118. & seq. fe  
usu didicisse, aliquando posse disponi fa-  
mulos vel ancillas, ut in diebus jejuni-  
orum, vel carni prioriorum in honorem B.  
V.M. contenti sint pane & obsonio, vel  
posse cum suis Dominis *pactum* facere, ut  
sibi diebus prohibitis *ali* cibi apponan-  
tur.
- Queres 12. Qualis *exhortatio*, vel *pani-  
tentia* famulis adhiberi debeat? R. Peniten-  
tiam debere consistere in paucis preibus  
vel eodem die, vel quotidie per solven-  
dis, dum singunt, vel cubitum eunt.  
Item, ut Deo offerant *labores* suos; subini-  
de noctu contritionem eliciant; proderit  
etiam frequentiorem usum Sacramen-  
torum praefabriberet. *Abortiones* longe non  
sunt, sed siuadendum, ut assuescant labo-  
res suos mane Deo offerre, qui eos hac  
via in celos venire vult, sive mane de  
die, & noctu B. V. sanctos Patronos  
invocent.
- Queres 13. Quid de *furtis minutis* famu-  
lorum sentiendum sit? R. Ex communi  
DD. apud P. Sporer: si famulus Pistoris  
e.g. vel ancilla ex cella vinaria sibi ali-  
quid comedat, aut bibat, quoties fames,  
aut si illicit, eti *successe* deveniat ad  
magnum quantitatem, si tamen in *ultima  
acceptio* non *advertat*, nec etiam *intendat* gravi-  
m dampnificationem, non tenetur ad  
restitutionem, nec ex *re accepta*, utpote  
qua ponitur esse *consumpta*; nec ex *injusta  
acceptio*, quia *defectu* *advertitur*, & intentions  
non peccavit mortaliter, sed tantum veniali-  
ter, ex *veniali* autem non oritur obligatio  
gravis. Idem est, si hujusmodi furtula se-  
pius confeatur, & evitare proponant; inde  
tamen relabuntur, modo non intendant gravi-  
m dampnificationem, nec in ultima ac-  
ceptio ad *hanc advertant*, ad nihil tenen-  
tur.
- Aliud omnino est, si famulus cauponis  
e.g. vel *Mercatoris* quotidie accipiat unum  
*denarum*, eti non intendat, nec advertat  
ad gravem dampnificationem, tenetur tamen  
sub mortali ad restitutionem ratione  
*injusta detentionis*, & *rei accepta*, que vel in  
G 2 sc,

se, vel in aequivalenti adhuc extat: velle enim detinere alienum in magna quantitate, semper est mortale; unde in hujusmodi furtis minutis famulorum accurate attendendum, an res accepta adhuc extet, vel in se, vel in aequivalenti, an vero sit consumpta? *Vide supra quas. 6. n. 129.*

## §. IV.

*Quid Confessario opificum sit agendum?*

**Q**uartes 1. An opifices sint in confessione examinandi? *R.* Cum hi sua peccata cum suis numeris & circumstantiis majori ex parte explicit, non sunt multis interrogandi: possunt tamen examinari de blasphemia, iuramentis, ira, imprecatione, labore fessivo, ebrietate, derelictione, turpiloquio &c. numerum quoque inquiratur, & si que circumstantie omittantur e.g. si dicant, se habuisse voluntatem cum aliqua peccandi, queratur, an soluta fuerit? &c.

**Q**uartes 2. Si opifices confiteantur, se die festo *laboris*, confessarius eos debet peccati mortalis arguere, ac numerum inquirere? *R.* Confessarius hic duo scire oportere. 1. *Qualesnam* labores ex sententia probabili permittantur e.g. licitum est, die festo characteres *collocare* in Typographia, non tamen pralo subjicere; *pingere* coloribus, non tamen hos ferre &c. *venari*, *aucupari*, *piscari*, modo hoc non sint nimis laboriosi; ita plures apud P. Busenbaum *l. 3. tr. 3. c. 1.* 2. Debet scire, quae cause excusat à transgressione in hac materia: nempe præter *dispensationem*. Opifici specialiter excusare propriam *negligitatem*, vel alienam, item *parvitudinem* materia. Hinc Confessarius decidet 1. non peccare pauperes, si privatum sine *scandalio* laborent die festo, ut se, fuisque alere possint. 2. Non peccare chirurgos, & pharmacopolas, conflatores aris, vitri, ferrari &c. quando opus *item captum sine gratiā danno* interrumpi non potest. Idem est de molitoribus, & naucleis, quorum opera à ventis pender, de pifactoribus, qui pifcantur pices *certo anni tempore capi solitos*, de fabris lignariis, qui pontes & vias publicas reparare debent. Item de opificibus, qui in adventu Principis, vel alterius solennitatis tempore *theatra* &c. parare debent, de fartoibus, qui vettes pro funere, nupiis, vel fettiis parare debent. 3. Excusari eos opifices, qui clausis tabernis quedam opera vendunt; nam hoc ipso, quod emptores non obstante hac clausura accedant, & vendi petant, supponere possunt tales opifices, petitas merces esse emporibus necessarias, nec

**Q**uartes 3. An commode emere posse. 4. Excusari possit omnes quoscunque opifices *ex parvitate materie*, si nempe non ultra duas, vel tres horas laborent. *Hac omnia Diana. p. 2. tr. 12. refol. 34.* & alii docent. Ubi etiam excusat tonsores, qui in festo tondent homines ad se venientes, utpote alias non venturos, adeoque omnes, qui lucri cessant damnum patiuntur. *Ubi tamen Diana addit, hanc doctrinam tunc tantummodo esse amplectendam, quando utilitas, vel lucrum transitorium quod cefat, tanti sit momenti, ut prudentis arbitrio astimari possit ejus amissio, non mediocre damnum.*

**Q**uartes 3. An fartores, & hujusmodi dum de vestibus, calcetis &c. in magna quantitate servant, teneantur ad restituitionem? *R.* Diana p. 4. tr. 4. refol. 146. cum Villalobos, tales obligare ad restituitionem. P. Sanchez tamen ibidem hos excusat, atque, ita sibi responsum esse à multis timorata conscientia viris hac super re consultis. Rationem autem dant, quod plerumque labor ejusmodi opificibus non solvantur, ut oportet, adeoque licite faciant compensationem. Maxime ut P. Sporer & P. Laymann *tr. 3. l. 3. c. 1.* monet, si taxatio & acceptio minoris pretii fiat ex aliqua necessitate, vel alia urgente causa, ita ut interveniat *involuntarium* secundum quid saltem. Aliud est, si minus stipendium accipient propter multitudinem opificium, qui eodem, & minori pretio contenti sunt; sicut enim multitudine *mercatorum* in nundinis diminuit pretium ipsarum mercium, ita & *multitudine opificum* diminuit quantitatem stipendi, & mercedis. Idem docet P. Matthæucci, fartores ob multitudinem fartorum, non posse allegare sibi *justum* premium non solvi: ipsa enim multitudine diminuit premium. De hoc tamen vide, *qua supra n. 120.* ex P. Sporer diximus: nihilominus hanc rationem, ait, non procedere cum famulis, & ancillis; hi enim cum suo Domino pactum iniere sub certa quantitate.

**Q**uartes 4. An fartores sint obligandi ad restituitionem, dum confitentur, le justos emere pannum pro ueste magni Domini, & efficiere suā operā, industria, & precibus, ut mercator singulas ulnas florensis venderet in gratiam, fartorum eam officinam frequentantium, sequē eam pecuniam retinuisse? *R.* Lugo, tales diligenter examinando, an revera illis conitet, mercatorum in illorum gratiam dedisse pannum viliori pretio? Item, an apud alium mercatorum non facile *eodem prelio* talem pannum obtinere potuissent? si hac ita se habeant, non sunt obligandi ad restituitionem; cum sit fructus specialis sue industriae.

Qua-

- 144 Quares 5. An Laniones teneantur ad restitutionem, dum electas carnes vendunt majori pretio quam taxata sint, & deterioriores taxato pretio? R. Hos excusari à Molsofio apud Dian. p. 1. tr. 8. refol. 33. quod à fortiori in illo casu locum habet, quando caro effet *notabiliter* melior, quam ea, quae pretio communi taxata vendi solet, tunc enim Dian. refol. 22. docet, *majori* pretio tales carnes vendi posse: quod ipsum cum proportione alii mercibus e. g. tritico, vino, bobus &c. applicari potest.
- 145 Quares 6. An Laniones, aliique, dum tributum mercibus impositum non solvant, sine obligandi ad restitutionem? R. Cum pluribus apud P. Laym. disp. 3. tr. 3. c. 3. negative: quia lex tributum & vectigalia imponens est penalitas, & ideo non obligat ad paenam, nisi post sententiam judicis.
- 146 Quares 7. Qualis *panitia* lopificibus imponenda sit? R. Plurumque *peccatum*, & *Sacramentorum usum* ipsi injungendum: quandoque ubi certo *vicio* e. g. ebrietati, & negligentiā *Sacramento* sunt dediti, potest ipsi injungi, ut certis diebus holopita non frequentent, concioni intersint &c.
- §. V.
- Quid Confessario Capponum, & Mercatorum sit agendum?*
- 147 Quares 1. An tales sint examinandi? R. Tales non facile interrogandos esse de fraudiis in *specie* e. g. an *vinum aqua miscuerint* &c. sed tantummodo de ordinariis peccatis e. g. *blasphemia*, *inimicitia*, *imprecationes*, *juramenti*? & in fine, an sibi nullius culpa sit conscius in emptione, vel venditione?
- 148 Quares 2. An Mercatores obligandi sint ad *restituendum*, dum carius res suas vendunt, quam communiter vendi soleant? R. Per se quidem obligari, non tamen in sequentibus casib[us], scilicet 1. Si merces pretio credito vendatur. Dian. p. 1. tr. 8. refol. 22. 2. Si adhuc multitudine eminentium. 3. Ob affectum emptoris ad rem emptam. 4. Ob inopiam, & raritatem pecuniae.
- 149 Quares 3. An Mercatores sint obligandi ad *restituendum*, qui vendunt rem cum *victio oculo*, ita ut emptor, si hoc foret, non emeret tanto faltem pretio? R. Cum Dian. p. 1. tr. 8. refol. 39. probabilius negativa: modo vendoris de *presto dominio*, quanto minus res haec valer propter *vitum occultum*; alias effet dolus. Hinc si futur conficiat calceos ex corio deteriori, non *Suppl. Theol. Mor. R.F. Schnell.*
- 150 Quares 4. An Mercatores illi ad *restituendum* obligandi, qui certas merces ad civitatem delatas *anticipato* emunt, ut postea alii carius ab ipsis emere cogantur? vel si merces e. g. frumentum, vinum &c. supprimunt ulque ad tempus opportunitum, quo *majori* pretio vendant? R. Cum Dian. p. 1. tr. 8. refol. 27. & alii negative: quia si facientes utinuntur suo iure, & quia quilibet habet jus sibi consulendi, & vendendi iusto pretio.
- 151 Quares 5. An Mercatores peccent, qui vendunt res quidem indifferentes, quas tamen scimus applicandas in damnum alterius? R. Cum Dian. p. 1. tr. 8. refol. 41. & alii, tales non peccare: unde insert Salas, posse vendi *manilia* & *veles*, quibus feminæ ad luxum &c. abutuantur; item *chartas*, *aleas* &c. injuste lusoris: posse quoque deponi pecunias ad usura, qui illis ad usuras abutitur. Similiter licitum esse *locare* domos meretricibus, eti honestos vicinos sine induciture ad peccatum; modo in his omnibus rationabilis causa subit, qualis iuxta Doctores est *necessitas*, *utilitas*.
- 152 Quares 6. An Mercatores sint obligandi ad *restituendum*, dum rem in favore plurium ementum vendunt pretio *notabiliter* excedente? R. Cum pluribus apud Dian. p. 1. tr. 8. refol. 52. non obligari, eti duplo carius vendunt: quia ipsa *ementum copia* facit rem *cavorem*. Bonac. ibid. cit. at, & extendit ad omne pretium, quod extorqueri potest absque fraude. Et hoc non tantum intelligi potest de re, que sub hasta venditur, sed etiam in omnibus similibus casibus.
- 153 Quares 7. An Mercatores, qui gemmas, picturas &c. possint licite vendere *quocunque* pretio, etiam si ipsi eas pretio exiguo compararint? R. Cum Dian. p. 1. tr. 8. refol. 56. posse licite ita vendere. Rationem assignat Petrus à Navarra & Reginald, quia si nulla fit indigentia ejusmodi rei in Republica, nec illa necessitas ad nobilitatem in ea splendorem, sed tantum ad curiositatem pertineant, *sufficiunt* earum rerum pretium non aliter estimatur, quam *affinitas ementum*, qui illas tanti faciunt, ut putent pertinere ad nobilitatem suam ac divitiarum splendorem dare tantum pretium.
- 154 Quares 8. An Mercatores tempore *stabilitatis* non servantes *taxatum* pretium com-  
H mune,

30 mune, obligandi sint ad restitutionem? **R.** Cum pluribus apud Dian. p. 1. tr. 8. resol. 7. non obligari: Rationem dat P. Molina: quia mutatis circumstantiis censetur Princeps etiam suam legem mutare, & si non revocaret, esset negligens, atque ita lex fieret injusta, irrationalis, adeoque cessans.

155 Quares 9. An Mercatores amissâ scripturâ legitimâ, quâ se debitores obligabant, possint aliam configere? **R.** Cum P. Tann. Laym. l. 3. scit. 5. tr. 3. p. 1. c. 4. n. 4. apud Dian. p. 3. tr. 6. resol. 16. non licere *norum* configere. Ratio est: quia licet per tales falsificationes non violetur particularis *iusfuita*, nemini enim ius suum habetur, & ideo neque *refutandi* onus oritur; peccatur tamen contra virtutem *veritatis*, & quidem cum perniciose Reipublicae: grave enim est, publicorum instrumentorum confidenciadum, etiam seculoso alio damno, ius libi vindicare. Ubi etiam nullum Doctorem in contrarium citat, nisi Emanuele Saâ; quem tamen dicit in expurgata editione mentem mutantasse.

156 Quares 10. An, si capones habeant vinum *adeo generosum*, ut per magnam accusationem aque fiat *equalis* vino *ordinario*, quod paucum venditur, possint tamen exigere pretium taxatum, & alias consuetum? **R.** Hoc posse juxta Dian. p. 1. tr. 8. resol. 5. Laym. Lef. aliosque cit. Ratio est: quia quilibet potest rem suam ad eum flatum reducere, in quo sunt res *abnormes*, & tunc eam vendere eodem pretio, quo ali. Item quia *estimatione* rei defumitur per ordinem ad usus humanos; cum autem e.g. vinum, frumentum &c. per aliam rationem aqua e.g. sit adhuc *equalis* ut ad usus humanos, ad quos emittit, hinc nulli fit iuris.

157 Quares 11. An Caupones peccent, dum ministrant vinum ebriosi, hoc postulantibus, eti sciant, inde peccatores per ebrietatem? **R.** Cum Sanch. Bonac. apud Busenb. l. 2. n. 3. c. 2. tales caupones, si alias ministrantes & periculum sit, ut hospites apud se non amplius *divertant*, non peccare: quia tantum sunt occasio *remota*, & nemo tenetur dannum alterius cum proprio detrimento præcavere.

158 Quares 12. An Caupones mortaliter peccent, & ad restitutionem teneantur, dum a quolibet hospite petunt *uno*, vel *altero* crucigeri plus, quam aquum sit? **R.** Ex communi Doctorum, talē, si habeat *animum* inde *dilectum*, & pervenienti ad *fumam* *graveam*, semper peccare mortaliter ratione male *intentionis*; non teneri tamen ad *restitutionem*, nisi ubi perverterit ad *fumam* *graveam*. Similiter, si Mercator, vel capo utatur iniquo *pondere*, vel *mensure*,

eam modice falsificando, vel aliis mercibus miscendo materiam minus utilem, ex intentione sic *successive*, & sine aliorum advertentiâ, dilescenti &c. in *fingulis* furtis peccat mortaliter: quia singula furtâ procedunt ex intentione mortaliter mala, seu ex proposito proximum graviter lèsendi &c. Ad Restitutionem tamen non teneantur, nisi *postquam* devenerit ad *summam* *gravem*. Possunt quandoque à Restitutione *excusari*, si hoc fecerint ad se indemnes servandos; quia scilicet steurus à Principe imposta sunt excedentes: vel si alias nullos acquirerent hospites, unde se suosque ale poñint. Ubi fuerint difficulter ad restitutionem disponendi, poterit eisdem proponere Sententias aliquas favorabiles, nempe 1. Non teneri *item* semper *fumam* *refituare*, sed tantummodo illam, que compleat quantitatem ad *fumum mortale* requiritam; ut plures docent apud Dian. p. 1. tr. 6. resol. 34. 2. *P. Rebello*, & alios apud Dianam requirere ad *quodunque* *furtum mortale* tres argenteos. P. Marchantium apud Dian. p. 1. tr. 5. resol. 34. requirere tantum, quantum sufficit ad viëtum *minus* diei ejus perfonie, à qua quis furatur. P. Rodriguez apud Dian. p. 2. tr. 17. resol. 47. & p. 1. tr. 6. resol. 30. requirere duos aureos. Ubi etiam a Soto traditam hanc sententiam, & ab Aragonio probabilem cognoscit docet. 3. Quando quis furatur *pluribus* diversis, requiri quantitatē *duplicem*, quam alias. Diana p. 1. tr. 6. resol. 34. & alii.

160 Quares 13. An graviter peccant mercatores, & ad restitutionem teneantur, si *falso* *juvent*, se hujusmodi merces tanto, ut tanto pretio emisse, si emptor tali *juramento* *falso* peruersus merces emat petit pretio? **R.** Tales utique graviter peccare juxta P. Busenbaum. L. 2. c. 2. d. 3. resol. 7. nisi forsitan inadvertentia, & confusudo excusat. Et monendi sunt, ut ipsi cogitent, an non *agrederentur*, si ipsi ab aliis *ita* deciperentur, Deum non daturum benedictionem, si ob modicum lucrum ita juvent, &c. Ad restitutionem autem faltem ordinarię non sunt obligandi, cum *supponatur*, illos merces suas adhuc *justo* pretio vendere, adeoque nullum jus ementis per hoc ledi, sed tantummodo ita *jurare* falso, ut ementes inducant ad pretium medium, vel summum, cum alias non darent nisi infimum.

Quares 14. An Confessarius possit absolvere usurarium? **R.** Cum P. Gob. tr. 7. cas. 18. n. 560. & in appendice: Item Laym. l. 3. tr. 4. c. 18. in Germania communiter non committi propriam usuram; quia hi non exigunt aliquid ultra sortem ex *justitia* *præcise* *vi matu*, sed dicuntur emere *censum*

Quid Confessario Mariti & Uxor sit  
agendum?

*censum annuum*, quatenus vel ipsi alias per pecuniam mutuo datam possent illum censem dari solitum *per se lucari*; vel dant alteri, qui hunc censem vel per bona frugifer, vel per certam artem, quam novit, scientiamve lucrari possit: qui reflexione omissa, neglectaque, aque damnandi effent Germani, ac alii, ut notat P. Gob. nisi eos justificet *recipia confitudo* publice que inducta in bonum Reipublica, cui expedit habere plures paratos ita suecurrent regentibus, ut P. Haunold adverbit tom. 3. de iustit. fol. 204. n. 418.

162 Queres 15. Si Mercatores se acuseant, se *avaros* sint, an graviter peccasse judicantur sint? R. Ordinarii non confendos esse mortaliter peccasse, nisi divitiarum appetitus tantus fuisset, ut parati fuerint diuitias quoque modo *illico* comparare; quod de illis sine gravi fundamento non est confendum. Potest tamen illis inculcati illud: *stulte, hac nocte morieris &c.* Si mundum universum lucrari &c. Poenitentia quandoque potest consistere in dandis elemosynis juxta illud: *peccata tua elemosyna redime.*

163 Queres 16. An divites Mercatores in *communibus pauperum necessitatibus* offertati mendicantium teneantur sub mortali dare elemosynam ex *superfluis* suo statui? R. Aliqui apud Dian. p. 1. tr. 15. resol. 37. & p. 3. tr. 5. resol. 17. tantum sub veniali esse obligatiorem, cum quilibet prudenter fibi persuaderet possit, necessitatem hanc *communem* pauperum esse ab aliis tollendam, alias non esset necessitas communis, sed *grave*, vel quasi extrema. Alii tamen cum P. Domin. Viva, Laym. dicunt, esse obligatiorem *sub gravi*, ita ut qui haberet propositum *nunquam* subveniendi pauperibus in *communi* necessitate, *mortaliter* peccaret: nisi enim subfieri *grave* obligatio in re hac ardua facile continget, ut nemo pauperibus succurreret. P. Tambur. hanc taxam probabilitate facit, nempe *Latus* faltem satisfacere huic obligacioni, si *quinquagesimam* partem anni redditus in pauperes distribuant. Aliud est in necessitate *grave* e.g. quando quis est in periculo incidenti in magnum morbum, aut si quis est ita nudus, ut praे frigore communiter gravis morbus timeatur; aut ubi est tempus *fletorius*; sicut enim offitati mendicantis censentur esse in necessitate non tantum *communi*, sed *grave* omnino &c. ita in hac gravi necessitate *dives* tenentur succurrere, si non ex necessariis ad proprium statum, faltem ex *superfluis* suo statui, & cum modico hujus detrimento: pater ex comminatione Christi: *survi, & non deditis miseri manducare.*

164 Aliud est in necessitate *grave* e.g. quando quis est in periculo incidenti in magnum morbum, aut si quis est ita nudus, ut praे frigore communiter gravis morbus timeatur; aut ubi est tempus *fletorius*; sicut enim offitati mendicantis censentur esse in necessitate non tantum *communi*, sed *grave* omnino &c. ita in hac gravi necessitate *dives* tenentur succurrere, si non ex necessariis ad proprium statum, faltem ex *superfluis* suo statui, & cum modico hujus detrimento: pater ex comminatione Christi: *survi, & non deditis miseri manducare.*

165 Quidae 1. An Maritus graviter peccet, si verbis *concupido* uxorem, & domesticos afficiat? R. Per se quidem mortaliter peccare. *Exculat* tamen sepius confutudo, & defectus sufficientis advertentia.

Queres 2. An graviter peccet Maritus, dum uxorem impedit a S. Confessione, & Communione? R. Cum pluribus apud P. Bufenb. L. 3. tr. 3. c. 3. dub. 53. negative; nisi uxor precepto ad talia exercitia obligaretur, aut grave damnum ex earum neglegitu pateretur.

Queres 3. An Maritus graviter peccet 167 uxorem graviter *verbendo*? R. Si verbera *moderata* sint, & delicto proportionata, non peccare; fecus effet de nimio excessu, ut si crinibus trahat, pedibus calet &c. quia debet uxorem tractare ut sociam.

Queres 4. Quid Confessario dicendum, 168 dum querit Maritus, an uxori merobibula, & nec verbis, nec verberibus corridente, possit per certum pharmacum *valentum* non *noxium* tollere appetitum vini? R. P. Gob. tr. 10. n. 775. Sententiam affirmativam Forneri non esse improbabilem, hoc esse licitum: se tamen nolle *in praxi sequi* &c. Interim n. 773. admittit, posse faltem plebejas merobibulas, aut feccantes consortia suscepita post gravem intrepationem bis terve fructra factam ita castigare fuisse vel pugnis, ut sensus doloris duret ad quatuor vel quinque dies.

Queres 5. An Maritus sine peccato 169 possit irritare vota sue uxoris? R. Cum Dian. p. 3. tr. 4. resol. 220. & aliis, maritum per hoc non peccare. Ubi consequenter ait, posse Maritum irritare *votum* uxoris de non reddendo debito & petendo, de ingredienda Religione post mortem Mariti; lno etiam extendit ad vota *ante matrimonium* emista.

Queres 6. An Uxor infcio Marito, & 170 si sciret admodum invito, alias tamen pro suo statu facis locuplete, possit forori sua pauperi modo farinam, jam butyrum, tempore aegritudinis vinum dares, ita, ut ha largitiones per anum ascendant ad furniman facis magnam e.g. Sedecim florenorum? R. Quidam Theologus apud P. Gob. tr. 10. n. 800. si ceteroquin vel nullas alias elemosynas faciat, vel admodum exiguae, non videatur peccare: Secus si jam alias faciat largas. Diana p. 8. n. 6. n. 10. & apud P. Gob. ait: quando Maritus est praeparus erga egenos, uxori competere jus erogandi in pauperes *vigesimam partem annuorum*

nuorum reddituum, adeoque anni lucrati. Et maxime si fiat in consanguineos, vel in liberos ex priori matrimonio reliatos. Ratio est: quia Maritus tenetur aere Uxorem; nomine autem alimentorum veniunt elemosyna, donationes moderate, recreations honesta. Item spectat ad decentem uxoris statum, ipsiusque honorem, ut liberos, fratres, consanguineos non permittatur egere. Dian. p. 5. tr. 8. refol. 34. cum aliis. P. Gob. ait: dicerem ego tali uxori, si amas sincere tuos consanguineos, & conscientia tua quietem, minime aliquid de superfluo cultu corporis, recreationis, & applica illud tuis.

171 Quares 7. An si uxor post mortem Mariti ex bonis à Marito relictis tantum subtraxerit, quantum sufficit ab honestam vitam sustentationem, & mediocrem status conservationem, sit obliganda ad restituitionem, si alias creditores ex bonis relictis non possint ex integro solvi? R. Cum Dian. p. 5. tr. 14. refol. 57. non obligari ad restituitionem. Idque locum habere ait, et si talis vidua in Judicio sub juramento, & poena excommunicationis iuberetur proferre relictiva bona; quia rem alienam injurie non retinet.

172 Quares 8. An, si Maritus, & quidem pro aula uxore & liberis, multa debita contraxerit, uxor teneatur ea debita solvere ex sua dote? R. Diana cum Sanchez, & Molin. negative: qui ibidem ait, se multos penitentes in tali casu ab onere relictionis liberasse.

173 Quares 9. Si Maritus propter delictum sit excommunicatus, uxor ei possit cohabitare sine peccato, & poena Ecclesie? R. Cum Dian. p. 5. tr. 9. refol. 122. affirmative: ubi tamen excepit, quando excommunicatio esset lata propter ipsum Matrimonium non legitime contractum; aut si cum eo communiceat in his, propter qua Excommunicatione data est.

174 Quares 10. Quid Maritus, & uxor specialist interrogari debantur? R. P. Segneri in *Instruct. Confessar.* multi dicunt peccata Caroli, sed non dicunt peccata Cesaris &c. quia hi saepe obdormiunt in morte, nec ad peccata omissionis attendunt. c. 7. Hinc possunt de frequentibus interrogari. 1. An diebus festis, liberis, domesticis, ad Missam, Conuentum, & Catechismum mittant. 2. An suos liberos instruere studeant in rebus scitu necessariis, in oratione, Confessione peragenda &c. 3. An domesticis nihil inhonesti admittant, occasiones adimant, curvis diebus, & temporibus ad preces adhortantur? 4. An nullum scandalum illis praebeat, nihil mali imprecantur &c. Adhortatio potest fieri, ut confidentiam suam in Deo

ponant, domesticam pacem foveant, odia, & inimicities deponant.

175

Quares 11. An Conjurix incurrit cafum reservatum, quando Uxor vel Maritus tantum ideo moritur, quod eidem periculose laboranti alter coniugis non succurrerit, sed permisive se habuit? R. P. Gob. de *cus. refer. n. 420. & seq.* Et si talis conjux mortaliter peccet contra fidem conjugalem, non tamen incurrit reservationem: tale enim delictum nimis imprope vocatur *mashinatio mortis*, seu in mortem conjugis. Ubi incidenter ex eodem P. Gob. loc. cit. nota, non incurrit reservationem, qui etiæ enormiter percutit *novercam* tantum, vel *vitricum*, aut qui proprium Parentem invadentem protrudit à se e.g. vel Matrem sumam deicit in angulum &c. haec enim in rigore & stando proprietati verborum reservationis, non possunt dici *enormis peccato*.

Quares 12. An uxor possit manifestare defectum verum, sed tamē occultum sui Mariti, vel ancille? R. P. Less. tr. de *Jure & just.* excusari a peccato, si talis manifestatio fiat vel ad *confusum* petendum, vel *justum* dolorem lenientiam, vel *salutem* petendum, vel *correctionem* faciendam &c. Monet tamen, non esse *nominandum* personam, nisi necc sit, nec pluribus id manifestandum, si unus juvare possit &c. Hinc excusantur a detractione, qui subditiorum defectus ad Superiorum deferunt ex bona & sincera intentione debita correctionis impontrande &c. *Vide infra* à n. 433.

## APPENDIX PRO CONFESSARIO CONJUGUM.

### PRAEFATIO *Ad castum Leiborem.*

Quamvis praefens & lubrica materia 181  
ternam ad claustrum dammandam potius esset, quam verecundis objicienda oculis; quia tamen perdito hoc sacculo (ubi omnis fere caro corrupti viam suam) notitia hujus materia picea Confessario multum utilis, imo quandoque necessaria est; hinc quia P. Gobat, aliquie in fini imprefatis univerforum oculis legenda subjecere, non erubui ex his paucula inde & inde collecta, non tam pro indultria, quam in cautelam proponere, non ignarus illius trivierbi: *Cassis omnia calta.* Unde

Quares 1. Quid dicendum Confessario, quando nova nupta querit, quid sibi agendum, vel non agendum in *reddendo* debito? R. P. Gob. n. 10. n. 649. & seq. Si talis non

non habeat Matrem, quam velit, vel *præ re*  
recunda non possit interrogare, dicat marito:  
meum corpus est in tua potestate, quis  
usus sit licitus, vel illicitus plane ignoror,  
rogo te, sic utaris, ut possis in die iudicii  
reddere Deo rationem. In dubio pareat  
marito tanquam superiori; proxima dein  
occasione quarrat Confessarius, utrum  
illud, in quo obeditivit, fit licitum conjugi-  
bus, vel non? Poterit etiam Confessarius  
eisdem dicere sine abuso, non *dum*  
*tum* tacitum & aperatum mutuum par-  
tium verecundarum carere gravi culpa,  
absque pollutionis tamen periculo: abstinen-  
dum tamen quoad falvo amore & pace  
conjugalib; potest. Ut ad alia particularia  
descendat Confessarius, non reor con-  
sultum, nisi singulariter de illis interro-  
getur.

183 Quares 2. An conjugibus sit licita de-  
lectatio morosa de copula praterita tan-  
quam de praesenti? R. P. Gob. tr. 10. n.  
654. cum Sanch. & Perez, *secundum* pollu-  
tionis periculo, quando nempe adest ad latu-  
alter conjux, non esse culpam mortalem,  
etsi fiat membris pudendi commotio, &  
alteratio absque pollutionis periculo: quia  
matrimonium à mortali excusans delectationem  
sensitiva partis, excusat quoque  
commotionem illam connaturaliter ex ipsa  
conffiguntur.

184 Quares 3. An, & quales tactus, & aspe-  
ctus conjugibus sint liciti? R. P. Gob. tr.  
10. n. 657. & legg. omnes tactus esse liciti-  
tos, si nempe ordinantur ad copulam conjuga-  
lem; cui enim licitus est finis, etiam lici-  
ta sunt media ad talem finem ordinatae.  
Si autem tales tactus fiunt ob *falsam voluptu-*  
*tem*, & quidem *absque animo* perficiendi co-  
pulam, probabilitate sunt tantum veniales.  
Erunt autem mortalia, si sint turpes tactus,  
ut sint quasi *inchoatae pollutiones*, & conjuges  
sint in tali loco & statu, ut nequeant co-  
pulari, sed secutura sit alterius vera  
pollutio. Si autem maritus ita libidino-  
se tangat suam Uxorem, & quidem ex  
*fine speciali* conservandi, & *manifestando* suum  
amorem, & inter tangendum pollutatur,  
Sanch. & alii apud Dian. p. 3. tr. 4. refol. 266.  
& 117. negant esse peccatum mortale;  
quia pollutio tantum per accidens, &  
*præter intentionem* sequitur. Si autem con-  
jux tangat se ipsum ex sola voluptate cura  
pollutionis periculum, quia conjugem habet as-  
tacum, est tantum peccatum veniale. Si  
autem fiat *absente* conjugi ex sola voluptate,  
est peccatum mortale: quia se expo-  
nit periculo pollutionis, cum paucissimi sint,  
qui camdeum evitent, quando ita libidi-  
nose se tangunt *absente* conjugi, & ubi  
non adest copia semen effundendi in vas à  
natura ad hoc ordinatum. Verba, &

Suppl. Theol. Mor. R. P. Schnell,

aspectus cum non sint ita irritativa ad pro-  
fusionem seminis, possunt sapientis admitti  
inter conjuges, quam ipsi tactus.

Quares 4. Quid respondendum Confessario,  
quando poenitens querit, an li-  
cicum sit inchoare copulam cum Uxore,  
& postea vel ad morbum, vel abortum  
evitandum &c. ex *confessa uxoris* se retrahat,  
et si ex hoc subinde sequatur pollutio?  
R. Dian. p. 6. tr. 6. refol. 37. apud P.  
Gob. hic n. 662. affirmativa, id est licitu-  
m; & idem Dian. apud P. Sporer hic  
n. 490. ita scribit: quidam inchoabat co-  
pulam cum Uxore, & postea ob morbi  
periculum de ejus consenuit se retrahebat,  
verum ex hoc aliquando sequebatur pollutio;  
ex me igitur quereret, an talis actus es-  
t sit licitus? Respondi affirmative. Imo  
P. Gob. hic n. 667. admittit etiam in con-  
jugibus impudicos tactus, si fiant ex *causa legimi*, sive ad manifestandum mutuum  
affectum, et si previdetur secutura pollutio;  
modo hec non sit intenta, nec sit *periculum consensu* directi in eam.

Quares 5. An uxor juvencula possit  
pati tactus turpes a suo viro septuagenario,  
& ad copulam jam impotentem, et si  
ipsa exinde sapienti patiatur pollutionem?  
R. P. Gob. hic n. 669. cum illi tactus vi-  
deantur factitari ordinarii saltu fine  
pollutio, tamet hae quandoque sequatur  
prater directam utriusque intentionem; imo cum fiant non ex *natura libidine*, sed ex  
*justa causa*, scilicet ad teftandum, soven-  
dumque mutuum amorem, non peccare  
mortaliiter. Imo Diana p. 6. tr. 6. ref. 37.  
ait: neque peccarent conjuges in actu  
conjugal, quando ex *imbecilitate* natura,  
vel aia de causa prater intentionem efflit  
aliquid feminis extra vas naturale. Unde  
P. Gob. ex Diana supra ques. 3. & 4. citato  
infert, non peccare conjuges, qui in  
*signum amoris* se complectentur, quamvis  
previdetur secutura pollutio; quia affectus  
conjugalib; est sufficiens causa talem actum  
exercendi.

Quares 6. Quid dicendum Confessario,  
quando vir post Matrimonium validum  
misit in eam *impotentiam*, ut intra vas fo-  
mineum seminare nequeat, vel uxor tam  
arcta effecta est, ut femen recipere ne-  
queat, ita ut de potestate feminandi intra  
vas foamineum desperatum sit? R. P. Gob.  
tr. 10. n. 591. si sit *probabilis spes* feminandi  
intra vas, esse licitum id conari, quamvis  
per accidens, & *præter intentionem* semen ef-  
fundatur extra vas: sicut senibus haben-  
tibus *aliquam spem* intra feminandi, licitum  
est uti copula cum *periculo* pollutionis. Si  
autem non adsit illa *probabilis spes* feminandi  
intra vas, nequam licitus est con-  
jugalis accessus: his tamen conjugibus  
licitu

liciti sunt tactus ad sevendum scilicet mutuum amorem, si periculum tamen pollutionis ab sit; alias pollutio, hociquo quod vera copula ipsius sit moraliter impossibile, esset ipsis voluntaria nec alter evitanda, sicut tamen evitari potest ab aliis conjugibus ad copulam, potentibus, & ideo si in his pollutio sequatur, tantum per accidens est.

188 Quares 7. Quid dicendum Confessario, quando vir tacitus incitans venerem facit, ut prius seminet quam uxor, putans, & volens per hoc impedit generationem prolixi? R. Cum P. Gob. tr. 10. n. 597. licet vir ideo prævenat, ut generationem impedit, non tamen peccabit mortaliter: quia non adeit ullum praeceptum procurandi simultaneam seminationem; nec tenetur adhibere medium certius ad generationem. Et in hoc genere certior Regula non est, quam hec P. Perez: folis illis molles concubendi cum uxore in vase naturali est praecatum naturale, qui aptus est impedit generationem, vel causat effusionem seminis extra vas naturale: atqui communior, & probabilior opinio fert, generationem non impedit per seminationem succellivam, seu anteriorem viri; ergo.

189 Quares 8. At quid si uxor, etiam postquam vir jam seminavit, dedita opera mentem alio verat, ut frigida maneat, & sic impedit generationem prolixi, vel multiplicacionem? R. P. Gob. hic n. 597. & P. Sporer cum pluribus, talem uxorem non peccare mortaliter: quia ejus semen non defuderatur ad generationem: & quia talis congreffus ex se jam est aptus ad generationem. Deinde mulier steriles potest exercere actum conjugalem, etiam si ex defectu seminis nunquam possit seminare, cur non ergo etiam talis possit permittere suam frigiditatem, vel eam alia cogitando cauare? Hinc habes, uxorem non obligari sub peccato, ut post seminationem viri etiam ipsa, adhuc forte frigida, in se per tactus alia procuret seminationem propriam.

190 Quares 9. At quid? si uxor jam seminaverit, vel jam est concitata, ut probabile periculum subficit seminandi, an potest tunc maritus a copula desistere non seminando? R. P. Gob. tr. 10. n. 592. cum communii apud Sanch. contra aliquos innotescunt, virum mortaliter peccare, si data operâ deficiat a copula ante proprii seminis effusionem, ubi uxor vel jam seminavit, vel seminatura est: sic enim non vitetur pollutio, vel hujus periculum.

191 Quares 10. At si uxor nondum seminavit, nec, quia aliunde frigidior, est periculum seminandi, & pollutionis, effundendo semen extra vas, potestne tunc vir sapienter jam copulam inchoans propter timorem prolixi cam abrumperet, & impedi-

re generationem? R. P. Gob. tr. 10. n. 592. cum Sanch. & communiori contra alios, posse virum copulam coepitam abrumperet ex consensu uxoris, modo nec ipse, nec uxor posseta semen effundat extra vas, & non fiat pollutionis periculum. Quia vafis illa feminine penetratio absque seminatio ne reputatur instar tactuum partium invenerendarum, qui cessante pollutionis periculo licti sunt. Idem est, si vir studio retineat, aut prius effundat suum semen, ne simul cum uxore seminet, fallit putans sic impediendam generationem prolixi, ut supra ques. 7. n. 58. dictum est. Adit P. Gob. n. 598. sanum est confilium, si conjuges eurent, ut semen utriusque effundatur simul. Quare conjugi tardiori ad seminandum confundendum est, ut ante concubitum tacitus uenerem excite, ut vel sic possit in ipso concubitu simul effundere semen: non tamen est necesse, utrumque simili seminare: quare dum vir semen effundit, non tenetur exspectare seminationem uxoris. Hinc non peccat mortaliter vir tacitus incitans uenerem, sciens se ob id prematuru feminam seminare, eique etiam fas est copulam continuare, quoad uxor etiam seminet. Addit P. Sanch. disp. 17. n. 7. & seqq. ubi vir feminæ intra vas uxoris emulso membrum virile extraxit, licitum est feminæ, que nondum effudit, tacitus se ipsum excitare, docet & ipsa feminæ; & hanc doctrinam fibi in Confessionali non raro suffise necessariam testatur P. Sporer hic. Ratio autem est: quia illa provocatio feminis est actus conjugalis perfectio & consummatio; & quia ipsa uxor hoc licite facit, docent plures apud P. Gob. in appendice hic, etiam viro licere, quando uxorem frigidam, & nondum seminantem experitur, post expletam ex parte sua copulam, excitare in uxore uenerem, & seu vase virili, seu digitis provocare feminam seminationem ad faciendam problema perfectam.

Quares 11. Quis modus concubendi possit permitti conjugibus? R. Cum P. Gob. tr. 10. n. 590. folium illum, & omnem modum, five à tergo, five à latere, seu stando &c. esse conjugibus licitum per se, in quo non est probabile periculum effundendi semen extra vas feminineum. Unde si conjuges congererentur modo ex inconnaturalibus cum effusione feminis; aut si ideo hujusmodi modo inconnaturali congererentur, ut proles non conciperetur, est mortale: quia sicut mortale est actus impedit per concubitum inconnaturalem positive generationem, ita etiam mortale est, velle illam hoc modo inconnaturali impidiere. P. Perez cum Dicastillo apud P. Gob. n. 590. docet, etiam minimam deli- bera-

- beratam seminis extra vas debitum effusio-  
nem, esse mortale.
- 193 Pro Confessariis junioribus notat P. Gob.  
n. 555. quando viri à tergo congregin-  
tur, ita tamē, ut hoc modo non tantum  
possint attingere vas foemineum, sed etiam  
penetrare, atque totum semen immittere (ut  
ponitur, alias semper esset mortale) com-  
muniter non esse opus querere, utrum  
effuderint semen extra vas foemineum, sed  
potius monendos esse, ut deinceps abfi-  
neant à tali modo, qui falem juxta proba-  
bilem aliorum sententiam est peccatum  
mortale: Item ut parcant conscientia &  
pudori uxoris, que forte credit contineri hic  
peccatum mortale, & tamen fors prae vere-  
cundia, & mala fide nūquā confitetur. Ad-  
dit n. 635. caveat Confessarius, ne scrupu-  
lum ingerat nobilibus, aut valde ingenuis  
matronis, quando non parent maritis ex-  
gentibus debitum ex mera petulantia à  
itabitibus.
- 194 Quares 12. An possit Confessarius an-  
nuere, si Maritus interroget, an licitum  
sit accedere ad uxorem suam menstruant,  
vel gravidam? & quidem ne superincum-  
bendo nocet proli, ad latus, vel prepo-  
sterō sit? R. Cum Dian. p. 3. tr. 4. refol.  
224. & alias citatis, esse omnino licitum,  
modo in tali sit non sit periculum totalis  
effusionis seminis. Nam si aliqua tantum  
modica pars effunderetur, docet P. Pon-  
tius apud Dian. loc. cit. talem modicam ef-  
fusionem non reddere tunc copulam illi-  
citam.
- Quares 13. Quid Confessario dicendum  
illi marito, vel conjugi, qui debitum pe-  
tit ex sola voluntate, cum expresso desiderio,  
ut proles non concipiatur? R. P. Gob. tr.  
10. n. 580. & seq. talem non peccare, nisi  
venialiter, modo tamē coniuges propter  
hujusmodi desiderium nihil efficiane, quod  
prolis conceptione obfet. Imo univer-  
siter actus conjugalis nunquam redditur  
ex circumstantia finis mortaliter malus, nisi  
quando ipse finis eff. mortaliter malus.  
Unde non peccat, qui utrum debito con-  
jugali in remedium formationis, aut ad tuen-  
dam, & restaurandam sanitatem, sive ad-  
dit aliud remedium, sive non. P. Sporer  
p. 4. c. 2. scil. 3. n. 487. ait, non esse hic audiendum P. Sanch. qui docet, tunc solū  
esse licitum matrimonio utri ad evitandam  
incontinentiam, quando alia remedia non  
sufficiunt &c. cum enim ipsum matrimonium  
inficiunt sit in remedium incontinentiae,  
ejusque actus de se sit honestus, cur  
alia remedia praeferri deberent? Effet la-  
ne haec res materia infiniti scrupuli con-  
jugibus, præseruit qui sine spes prolis col-  
pulantur, vel quia conjux sterilis est, vel  
jam impregnata, & grāvida, si tunc non  
possent uti matrimonio præcisè ad incon-  
tinentiam coercendam, sed deberent alia  
remedia prius querere e.g. jejunium, ora-  
tionem.
- Quares 14. Quid dicendum Eunucio, 195  
qui potest quidem penetrare vas, non au-  
tem immittere semen prolificum, an spo-  
lietur jure petendi debitum post matrimo-  
nium jam contrahim? R. P. Gob. tr. 10. n.  
606. hujusmodi Eunucio licitum esse, &  
petere, & reddere debitum, (ne aliquis  
auferamus decrepitus jus exigendi debi-  
tum) eti talis Eunucio post matrimonium  
jam semel contrahim effet eviratus torus.  
Videatur P. Gob. tr. 9. cas. 17. n. 419. in ap-  
pend. lit. h. i. k. Nec tamen hinc inferri po-  
teft, etiam castratis utroque nempe testicu-  
lo carentibus, licitum contrahere nuptias.  
P. Gob. loc. cit. n. 416. & seq. Aliud est, si  
tantum careant uno testiculo.
- Quares 15. Quid dicendum, quando 196  
vir propter accidentariam indispositionem  
habet semen ita corruptum, ut nequeat ex  
eo proles concipi, an illicite petat debitum?  
R. P. Gob. tr. 10. n. 607. non petere illicite:  
alias sterilitas effet impedimentum dimi-  
nens: & omnes viri ac foeminae, que pe-  
tent vel reddunt debitum in ea statu vel  
dispositione (ut quando mulier jam eff  
impregnata, & gerit uterum) in qua dispo-  
sitione non potest ex eorum concubitu ob-  
defectum seminis prolifici sboles procrea-  
ri, peccarent mortaliter, quoties in tali  
statu copularentur carnaliter &c. quod  
tam speculative quam practice vocat im-  
probabile. P. Gobat loc. cit.
- Quares 19. Si Uxores confiteantur, se 197  
debitum aliquoties negare, semper sint cre-  
dende peccato mortaliter? R. Hic optime  
facturum Confessarium, si interroget, cur  
negaverit? si intellexit caufam, ulterius  
querat, an putaverit esse grave peccatum  
ex tali causa negare debitum? & ne dein-  
ceps frequentius peccet per conscientiam  
erroneam, dicat illi, an deinceps ex tali  
causa licite debitum negare possit. Hinc  
autem
- Quares 17. Quæ possit dari regula, ubi  
Uxor debitum sine peccato negare non possit?  
R. P. Gob. nr. 10. n. 611. ex P. Laym. hanc  
dando regulam: Coniux conjugi tenetur  
debitum reddere, quando illud ferio, insulan-  
ter, & rationabiliter petit, adeo, ut vel semel  
negare in his tribus circumstantiis simul  
sumpus sit mortale, P. Sanch. lib. 9. disp. 2. n.  
11. ob materię parvitatē vult tantum  
modo esse veniale, si maritus solitus petere  
raro, adeoque tantum ter in mense, petat  
uno aliquo mense quinque, & uxor hanc  
quintam petitionem deneget. P. Perez pra-  
etice sic scribit apud P. Gob. n. 614. est  
est solum veniale, quando non semel, sed

una, aut altera vice negatur, & quando negarur, exigenti remisse, & quando non tam negatur redditio, quam pro parvo tempore differtur, ut quando exigenti mane, redditus noctes, & econtra: aut quando non petit tanquam debitum, sed tantummodo benevolē & amice. Hoc ultimum tamen non videtur subfistere in uxore *reveranda*, quae vix aliter se foler infinituare; similiter apud nobiliores, & probos.

- 199 Quares 18. Quando uxor possit *licite negare* debitum viro, utpote irrationaliter petenti? R. P. Gob. n. 615. 1. Quando vir est *ebrius*, *phreneticus*, vel *amens*; tunc non petit ut homo fed ut bestia; nisi forte ex negatione sequeretur viri pollutio, ut vult P. Perez. 2. *Licite negat*, quando non potest reddere *sine periculo corporis*, ut viro lepra laboranti morbo Gallico, aut semen viri est noxiū Uxori: ita P. Laym. & plures apud P. Gob. n. 615. & seqq. 3. *Licite negat*, quando periculum est, ne proles jam concepta in utero enecetur per copulam conjugalem. 4. *Licite negat tempore menstrui fluxus*, quo concipiuntur proles miserrimae; aut timetur naſci monſtrum: Alii tamen tenent, esse peccatum tantum veniale in hoc caſu petere debitum; nullum autem omnino, dum durat adhuc *im munditas* ex parte præcedenti contra plures Theologos apud P. Gob. n. 595. 5. *Cencite negat*, quando petit *minus sepe*: cenſetur autem nimis frequenter petere, quando maritus non contentus nocturna rediſtione, petit etiam diurnam, idque quasi ex confundidine: fecus si raro diurnam: & ita ſe respondit aliquoties teſtatur P. Gobat. 6. *Licite negat*, quando prudens, utique peritus Medicus aſſerit, ſeminis retentionem uxori futuram noxiā, vel quoad vitam, vel morbum gravem, & deſtruſionem formæ; aut ſi petat tempore impoſtum ſtatiū poſt pendium, vel balneum &c. Nec obſeft, licet maritus dicat, ſe verſari in *periculo* incontinentia: Uxor enim ſe non obligavit ad hoc periculum tollendum cum periculo ſue vita: ita plures apud P. Gob. tr. 10. n. 646. in appendice lxx. d. Similiter nullum incontinentia periculum praeponderare potest periculo abortus verofimili, ita ut concubitus eo exiftente licitus reddatur. P. Sanch. diff. 22. n. 1. apud Gob. n. 594.

- 200 Quares 19. An licite negetur debitum, quando Uxor timet, ne proles niuum multiplicheret? R. P. Gob. n. 625. ſe non meminisse, quod unquam dederit abſolucionem præferentiori animuſ negandi debitum ob metum difficultatis in prole nutritienda, mari- to infantarē & ferio petente. P. Laym. ta- men Sanch. Bonac. & alii apud P. Gob.

n. 623. docent, excusari à reddendo debito, quando eft periculum, ne proles niuum multiplicata nutriti non poſſit, modo tamen non ſit periculum *incontinentie*. Similiter conjuſx non poſteſt abſque conſenſu alterius per pollutiones voluntariaſ, aut peregrinationes alterum privare occaſione petendi debitum, ſi huic immi- neat periculum incontinentia.

Quares 20. An uxor licite poſſit redde- re debitum, quando novit, ſe folere proles mortuaſ vel leproſa, parere? R. P. Gob. tr. 7. n. 6. 19. omnino licite reddere, & multo magis tunc, quando timetur, ſe proles naſcatur leproſa, vel alio modo vitioſa, praefermiſ ſi ob tale periculum copula eſet diu diſſerenda. Rationem dat P. Sanch. quia ex una parte conjuſges utuntur *jure ſuo*, ex altera parte melius eſit proli ſine baptiſmo, & ſanitate corporis eſſe, quam omnino non eſſe. Si autem hujusmodi mala poſſent evitari per non diuturnam abſentiam uſu conjuſgaliſ, Iutique diſſerenda eſſet petito.

Quares 21. An conjuſgibus ſit licitum 202 ſub congreſſum conjuſgalem alpicere pulchra imagines ea intentione, ut magis excitentur ad venerem? Vel ut ſimilem ſuetum concipient? an poſſit obſeffe valeritudini, an poſſit ſemen ſibi imaginari? R. Si noſ ſit periculum concupiſcentiae erga tamē pulchrum juvenem per imaginationem ſibi repræſentatum, juxta aliquos apud P. Gob. n. 669, licitam fore tamē copulam cum tali imaginatione: quia tamen in praxi talis imaginatio al- terius hominis *valde* periculosa eſt, ideo non facile admittenda eſt.

Quares 22. An quando uxor in reddi- 203 tione debiti recepit a viro ſemen adeo corruptum, ut iudicio Medici multum poſſit obſeffe valeritudini, an poſſit ſemen receptum, ne noceat, effundere vel per confirmationem, aut commotionem carnis, aut etiam per medicinam expellere? R. P. Fagundez apud Dian. & P. Gob. tr. 10. n. 646. in append. 1ma littera e, affirmative in hunc modum: Uxor, vel quaecunque alia foemina ſtatiū poſt copulam (fecus, ſi tempus notabile intercedat, & ſemen ſit in quieta poſſeffione, ſemper eft mortale) ſe invertens, ut ſemen emittat, ne concipiat, peccatum mortale committit, niſi excusat cauſa rationabilis e. g. periculum mortis in partu, labor magnus, & magnum detrimentum in illo retinendo. Cui ſen- tientia, ſeu licita expulſio ſeminis cor- rupti per medicamenta ſaltē etiam ſubſcribit Sanch. & Reginald. apud Dian. p. 3. n. 5. refol. 5. Difſentit tamen P. Gob. cum Jacobo Marchantio, quia ita loquitur: certum eft, quod mulier a proprio viro agnita nunquam poſſit ſemen expellere ob

ob ullam causam. Similiter nec mulier, qua consentit in virum non suum, nec puella ad tuendum honorem suum: est enim novum peccatum mortale post voluntariam copulam impedit generationem, vel frustrare finem suum. P. Sporer hic n. 490. docet, quod sit speciale peccatum, nempe molliet ejercere semen seu ob infirmitatem, seu ne proles nimis multiplicetur, seu ex alio fine, & ad evitandam infamiam. Adverte tamen, Confessarium debere esse cautum in interrogando, quando forniciantes non complent copulam, sed semen extra vas effundunt, & hoc quandoque faciunt, quia sic putant peccatum diminui per hujusmodi, seu effusionem, seu ejctionem: & ideo caveat Confessarius, ne quandoque hujusmodi ignorantes, & bona fide procedentes faciat peccate formulator, qui prius tantum materialiter peccarunt. Alter sentit Marchantius, quando oppresio est violenta, & non a suo: tunc enim potest non solum extrahere opprimenti se virilia, licet semen sit effundendum, sed etiam mox a coitu potest semen expellere: quia hoc est se defendere contra invasorem injustum, que invasio, & iniustitia adhuc nunc confiterat moraliter perdurare in semine illius, qui opprescit. Neque hic casus est extraordinarius hoc exrum no tempore, in quo milites in quascunque obvias mulieres vim libidinis exercent. Consentit P. Gob. hic & Dian. p. 7. tr. 5. refol. 31. cum P. Sanch. de mar. lib. 2. def. 22. n. 17. saltem si hac ejecatio fiat immediate post receptionem semenis. Idem docet P. Cardenas in Crisi Theologica propos. 34. posse nempe violenter oppressum in ipsa immixtione resistere, & ita actualiem aggressorem sua calitatis impeditare. Ubi autem semen accrevis in foetu, non potest hunc ejicere; quia tunc semen non est amplius aggressor, sed suit, sicut fugientem non potius occidere, quia tantum fut aggraffetur.

205 Quares 23. An si Uxor experietur, se ordinarie periculum mortis in partu habere, possit sumere medicamentum, ut steriles evadat? R. Non posse sumere tale medicamentum, ut videtur est apud Dian. p. 5. tr. 14. refol. 90. coquod non licet dirende sterilitatem procurare. Affirmavit tamen docet Torreblanca citans P. Sanch. Arriag. Lopez. quos tamen hoc docere negat Dian. qui loc. cit. videtur debet.

206 Quares 24. An si uxor gravida sit, & nullum aliud suppedat medicamentum, nisi per quod fetus occidatur, licet ei tale medicamentum sumere? R. Dian. p. 7. tr. 5. ref. 37. cum communione DD. sub diffinitione: si fetus sit animatus, & spectetur etiam suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.

matre mortua ad Baptismum venturus, hoc non licere. Addit tamen hunc casum refol. 33. loc. iii. ex P. Sanch. esse rarissimum & moraliter impossibilem, ut Matre mortua fetus adhuc vivat. Imo esti Matre mortua subinde fetus vivus extra hi posset, multi tamen docent, licere Matri medicamentum sumere: quorum sententiam Cafenensis apud Dian. p. 7. tr. 5. refol. 33. probabilem & in praxi tutam vocat. P. Cardenas in Crisi Theolog. propos. 34. docet, ex recepta inter Theologos sententia posse Matrem ab int. infuso & ex gravi morbo periclitantem adhibere remedia quae directe respicunt sanitatem Matris e.g. venae scissionem, balneum, pharmaceum purgativum humorum, ethi indirecta tendant in detrimentum prolis: quia Mater habet ius ad suam vitam tuendam, & fetus licet animatus maximum documentum accipit a morbo Matris. Intellige tamen, quando Mater periculose infirmatur. Si autem Mater tantum periclitetur ab extremitate in fama, minis, nec indirecta hec uti his medicamentis ad expulsionem fetus etiam inanimati: sic enim est sententia damnata. Quodsi fetus sit inanimatus tunc Dian. p. 7. tr. 5. refol. 34. ait, probabilem & in praxi tutam esse sententiam Naldi, Homoboni, docentium, licere ad foetus inanimatus expellendum medicinan sumere, coquod vita praefens Matris praeflet futura prolis. P. Cardenas loc. cit. concedit non tantum indirectam, sed etiam arectam expulsionem fetus inanimati, quando affecte periculum Matri in therpero: quia talis fetus inanimatus non tantum est aggreffor constitutus Matrem ab int. infuso in vita periculo, sed etiam non deserbit naturali fini conservandi speciem humanam; nam mortua Matre non nascetur homo. Alii tamen contrarium tenent, & foetus non esse aggressorem; alias etiam fetus inanimatus expelli posset, aut procurari poluto, quando ex nimio femine timerit morbus. Dian. p. 7. tr. 5. refol. 34. cum pluribus docet, licere etiam medicamenta non directe tendentia ad expellendum foetus e.g. vene sectionem, balneum &c. adhibere pro salute Matris, quanvis indirecta abortus fetus etiam animatus sumi sequatur. Quam doctrinam Dian. p. 7. tr. 5. refol. 36. etiam probabilem extendit ad eum casum, quo medicina applicanda aquiliter ad salutem Matris, & foetus abortum, tenderet. Idem omnino dicendum para cum P. Sanch. quando praefens dubium est, an medicina auxilium, an mortem sit allatura. Vide Dian. p. 7. tr. 5. refol. 33. 6. & 37.

208 Quares 25. Si Uxor contraxit matrimoniū cum viro improprio aut alias debili,

debili, adeoque adverat ob arctitudinem suam non posse Maritum exercere actum conjugalem, nec tamen velle pati incisio nem, abfolvi debeat? R. Dian. p. 3. tr. 4. refol. 201. cum aliis affirmative: in illo enim casu est omnino libera ab onere conjugii, & debet eidem post sufficientem probatio nem concedi libertas alteri nubendi: quia per contractum matrimonii censetur dare ius viro apto, non *meto*, adeoque in viro respectu hujus *famiae* est vera impotentia respectiva & impedimentum *dirimens* faltem respectu hujus viri: alii tamen apud Dian. loc. cit. docent, talem debere pati incisio nem.

Quares 26. An Uxor *mortaliter* peccasse censenda sit, quae se accusat de oculu, vel tactu verendorum sui mariti? R. Dian. p. 3. tr. 4. refol. 217. cum pluribus, per hoc non peccare mortaliter, quod Sanch. cum Dian. ref. 226. concedit etiam de oculis, ex quibus diffusio secutura previdetur. Rationem dat Diana ex Rodriguez: quia hujusmodi tactus & oculu non sunt communiter *cum pericula pollutionis*; & si tale periculum in aliquibus adfert, effert tantum per accidentem. Ubi addit Diana non esse necessaria explicandum, se *oculatum* verenda sui mariti; quia esset circumstantia tantummodo aggravans.

Quares 27. An peccati mortalis rea censenda sit Uxor, dum fatetur, se sape, dum in lecto à marito osculum accipit, pollutionem pati? R. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 217. esse probabilem sententiam Zanardi, in tali casu non committi peccatum mortale, quod etiam Sanch. l. 9. disp. 45. n. 25. & *Filius* docent: quia talis pollutione *præter intentionem* sequitur, nec dat operam rei alias illictae.

Quares 28. An si uxor confiteatur, se expertam, quoties supina procumbit ex imaginatione copula præterice mox suborta volupte plenquam pollutam fuisse, & nihilominus frequenter eo situ (qui ad quietendum commodior videtur) sè ad somnum diffluere, censenda sit graviter peccasse? R. Dian. p. 3. tr. 5. refol. 22. cum aliis, talem non peccare: quia in tali casu situs ipsi per accidentem infuit in pollutionem. Idem judicat in casu, quo mulier ob iustam causam fennur femori imponendo ad pollutionem concitari se sentiret.

Quares 29. Quid faciendum Confessorio, si Uxor agere ad debitum marito reddendum adduci queat? R. Indagandam esse hujus *causam*; si multitudine prolis afterreat, excitanda est in spem erga Deum, qui omnia conservat &c. Si ex *obligo* in maritum, admonenda est sua obligationis, & peccati inde frequentis. Item qua incommoda orientur exinde, nempe rixa do-

metica, periculum incontinentia, rei do metica negligencia.

Quares 30. An Uxores de reddito *dilectio conjugali* interrogari debeant? R. Non esse ordinarie de hoc interrogandas; maxime si sint honestiores. Si autem contantur, rixas & odia in maritum non infrequenter &c. poterunt terminis generalibus interrogari, an debitum marito *obedientiam* præstiterint? ad quod, si affirmative respondeant, nihil ulterius addatur; bene autem si negative.

Quares 31. An Uxor graviter peccasse censenda sit, dum redditum viro petenti, potu casticatu adstricto, aut qui incellum commisisti? R. Dian. p. 3. tr. 4. ref. 296. cum Sanch. & aliis, Uxorem non peccare: quia Uxor non cooperatur peccato mariti, sed suppedita voluntate peccandi in marito exercet actum licitum: neque enim cooperatur *petitione* illicita, sed haec suppedita cooperatur actu ei ex leito.

Quares 32. Quando maritus ob incellum privetur jure petendi debitum? R. P. Gob. tr. 10. n. 601. ex hodierna praxi post Conc. Trid. tantum illum privari jure petendi debitum, qui *sciener* (tam scientia facti, quod scilicet *fu* cognata Uxoris; quam Scientia juris, quod talis pena sit *anexa*) peccat per copulam *perfectam* cum cognata propria conjugis in 1. vel 2. gradu, nempe cum sorore, vel Matre, aut filia sororis *propria conjugis*. Idem dicendum de Uxore peccante carnaliter cum mariti consanguineo in 1. vel 2. gradu. Unde non contrahitur hujusmodi poena, qui cum propria cognata, vel cognato rem habuit, aut qui cum affine tantum propria conjugis, aut cum consanguinea propria Uxoris in 3. vel 4. gradu peccavit: aut tandem, qui habuit copulam *tantum imperfectam*, ubi nempe mulier non *seminavit*, nec facta est per mixtio seminum, ut proles progigni possit, qualis tamen copula perfecta requiriatur ad contrahendam affinitatem juxta P. Gob. n. 9. n. 390.

Quares 33. An *præter dicta* non dentur alia, qua peccantem cum consanguinea propria Uxoris excusat, ne hanc privationem debiti incurrit? R. Cum P. Gob. n. 603. excusare insuper *ignorantiam facti*, si ignoravit committi a se incellum, quia *nesciebat* perdonam, cum qua peccavit, esse tam *propinquuo* gradu conjunctam sui Uxori: & excusare *ignorantiam juris*; quia nesciit talen incellum esse prohibitum sub tali pena privationis: poena enim gravis, qualis est hec, non incurrit ab ignorantia. Si militer probabile est, eandem poenam non incurri tamdui, quandiu est occultus, & incognitus ille incellus conjugi. Unde tenetur Uxori reddere debitum petenti etiam

etiam tantum interpretative, seu quando libenter uteretur matrimonio, sed prævercundia non audet petere.

- 217 Quares 34. Quis absolvat ab hac poena? R. Omnes mendicantes, & eorum privilegiis gaudentes. Ubi P. Gob. n. 604. adverxit, Regulares posse etiam extra Sacramentum penitentie dispensare etiam cum absentibus. Ac proinde, si Parochus scribat tali Religioso: peto à Reverentia vestra, ut dispenset cum N. (tacito proprio nomine) in debito petitione: res salva erit, modo Confessarius rescriperit: dispenso, & subfuit rationabilis causa, qua vix potest deesse. Ubi tamen nota: haec omnia procedere de affinitate, & commixtione p[ro]p[ter] matrimonium valide contractum; si enim talis incestus fiat ante matrimonium, est impedimentum dirimens loli Episcopo dispensabile.

- 218 Quares 35. An etiam privetur jure pretendendi debitum, qui seu citra, seu propter necessitatem baptizat prolem sibi, suaque Uxori communem? R. P. Gobat. n. 605. quamvis talis contrahat cognitionem spiritualis, probabiliter tamen non incurrit privationem petendi debitum.

- 219 Quares 36. Quid in genere tactuum, & delectationum licet viduis? R. P. Gob. n. 675. cum pluribus: has non delinqueret gravioriter, quando recurrente memoria voluptatis, quam olim percepérunt in actu conjugali, gaudient in voluntate, se fuisse illa perfruītas, atque optant, vive-ret adhuc confors thori, ut porro possent carnaliter permisceri. Modo tamen ex tali desiderio & recordatione non excitetur in illis, ut fieri amat, commoto carnalis cum periculo habendi in illa complacentiam. Sententia Valentinus contraria quod hoc ultimum est periculosa. Similiter certum est, viduas, vel viduos peccare mortaliter, dum se ipsos tangunt impudice, vel aspiciunt ad excitandam voluptatem veneream.

## f. VII.

## De Confessario Sponsorum.

- 220 Quares 1. Quid sponsis de futuro sit Heitum? e. g. si sponsus coniteatur, se sponsam suam sibi oscularum, & delectationis causā etiam attrectasse, an mortaliter per hanc peccaverit? R. P. Gob. n. 674. ad 1. Sponsam & sponsum non peccare, dum in sola voluntate gaudet, se fructurum brevi cum sua sponsa commercio carnali: quia voluntas sequitur intellectum; intellectus autem repräsentat hoc commercium futurum, & pro time licitum: si autem admittent sponsi delectationem veneream in partibus inferioribus ex imaginatione copula future, pec-

carent mortaliter? quia imaginatio non est abstracta, & fertur in copulam presentem: est sententia communis. Ad 2. circa tactus, & oscula distinguendum est, an sint impudicii, & in partibus impudicii? tactus, oscula, amplexus saltem non impudicos secundum confuetudinem patria in signum benevolentia, & ad fovendū mutuū amorem in ordine ad matrimonium licite fieri inter sponsos certum esse, ait P. Gob. n. 671. Imo probabilit̄ etiam adit periculum pollutionis, modo non adit periculum confessus in delectationem veneream. Et hanc sententiam probabilem P. Perezū quandoque in praxi admittere non raro cogiturn Confessarius (ut de se testatur P. Gobat) nisi velit tales sponsos dimittere sine absoluzione, upopte quibus agre persuadet, aut illos amplexus saltem non impudicos nec in partibus impudicii esse mortalia; aut si haec etiam agnoscant, ut forment propositionem efficax hac evitandi &c. Si autem hujusmodi tactus, etiam non impudicii sunt ob delectationem veneream, & non in signum amoris conjugalis, vel pro amore patrie &c. esto non adit periculum pollutionis, probabilit̄ tamen sunt mortales. Diana tamen p. 2. n. 17. ref. 6. Sanch. & alii cit. probabilit̄ docent, talem sponsum non peccare mortaliter, eti pollutio pravifā sequatur, modo tamen hujusmodi tactus, & aspectus non sunt in verendis, & partibus impudiciis, & non periculo confessus. Rationem dant: quia in urbani haberentur, nisi se ita oscularent &c. & sicut copula cohonestatur à matrimonio, ita sponsalia, quae sunt via ad matrimonio, cohonestant hujusmodi oscula, & tactus non impudicos, ubi non adit periculum confessus in pollutionem inde forsitan sequentem.

Quares 2. An si sponsa confiteatur, se peccaffe carnaliter cum aliquo, Confessarius possit, vel debet querere, an cum sponso, quem novit? R. P. Gob. n. 7. n. 242. non esse quidem obligationem interrogandi; cum forniciatio cum alto quam cum sponso facta probabiliter non habeat specie distinctam malitiam. Interim si Confessarius interroget, aut nominare permit-tat complem sponsum, per hoc probabilit̄ complice sponsum, per hoc probabilit̄ non peccat. Ratio est: quia plerumque sponsa est a sponsō inducta ad hujusmodi peccatum: ubi autem complex induxit alterum, ibi juxta omnes potest nominari, nec complex potest tam nominationem agre ferre; ergo. Tum quia sponsa admodum grave est incurrere apud Confessarium suspicione peccasse cum altero, & ita juxta probabilit̄ sententiam commissis aliud specie peccatum, quam si cum suo sponso peccasset.

K 2

Ubi

Ubi advertit P. Gobat quando sponsus vel sponsa confiteretur prior dicens, *lē jam esē promissum unū si nihil dicat de peccatis costrā cōfūtātē*, posse Confessarium salvā concientiā non interrogare quidquam de turpitudine: quia Confessarius fātem tunc liber est ab onore interrogandi, quando non est ipsi *verofimile*, p̄nentēte omittēre aliqūd substantiale, atque adeo flāmēre dubio, utrum aliquod peccatum mortale reticatur voluntarie, vel involuntarie, post test superfederi interrogatio, cum p̄fertim *dubia* interpretanda sint in meliorē partem. P. Gob. loc. cit. nīsi velit facere quātionem tantum in *generē*, an nihil ulterius gravet conscientiam: quia experientia in his desponsatis subinde aliud docet, nempe praviam probationem copulae.

**Quares 3.** Quid Confessario dicendum, quando sponsa fatetur, se post sponsalia contracta ab alio esse corruptam, & impregnata, urgeri tamen à suo sponsō *hōrum omnium* ignaro ad celebrandas nuptias, an possit huic obediēre, aut an debeat hujusmodi defectum manifestare? R. P. Gob. tr. 10. n. 374. talē omnino debet hunc defectum manifestare, alias possit timere infelicem exitum futuri matrimonii. Si autem ex tali manifestatione timerit sibi periculum *ritus*, vel à suo Patre, vel à sponsō, tunc lex naturalis, & jus conservandi vitam, permitteret hic & nunc hujusmodi culpa, & impregnatio nis dissimulationem.

**Quares 4.** An si sponsa nolit amplius contrahere matrimonium cum sponso, coequod aliam impudice contrectari, osculatus fuerit, & viciūm ab ea talia tulerit, sit a Confessario absolvenda? R. Esse sententiam communem, talera adhuc teneri cum hujusmodi sponso contrahere matrimonium, & si non velit, non esse absolvendam, ut docet Dian. p. 3. tr. 4. resol. 2. 28. quia hujusmodi actus in mariibus non ita apprehenduntur, sicut si fierint in scēnis. Interim aliqui loc. cit. cum Laym. ita limitant, si tales actus non sint frequentes: si autem frequentiores, possit sponsa resistire: quia tunc indicarent animūm sponsi in alteram esse propensum, & timendum esset, ne fidem in futuro matrimonio frangeret.

**Quares 5.** An sponsa mortaliter peccaverit, ubi morose, & carnaliter delectata est de copula *futura*? R. Communiter Doctores apud Dian. p. 3. tr. 5. resol. 2. talē mortaliter peccātē. Ratio est: quia sicut actus externus venerus respectu sponsae aut vidute non est licitus *nondum cōfūtātē matrimonio*; ita nec delectatio de tali actu. Maxime, quia exinde motus concupiscentiae facile excitatur, & inde

periculum consentendi vel directe vel indirecē in concupiscentiam mortaliter peccaminosam. Aut enim talis mulier est gravis, & pia? & tunc utique non admittet, vel certe non fovebit ejusmodi delectationem in animo: si autem est *trivis*, utique magno periculo se exponit mortaliter peccandi. Vide quaf. 1. n. 220. Alii tamen probabilit̄ loc. cit. apud Dian. docent, talē non peccare mortaliter: quia cum actus de futuro sit licitus, etiam delectatio inde secuta censerī illicita non debet, fātem, si solum defideret, vel affectu simplicis complacentia approbet; idem docent de vidua respectu copulae p̄terente.

**Quares 6.** An Confessarius peccet non interrogando sponsum de fornicatione habita, quam tantummodo sit ex confessione precedente ipsius sponsa? R. Confessarius posse dissimilare fātem in his casibus.

1. Ubi prudenter judicat, talēm p̄nentētem esse hoc crimen *jam confessum* alteri: aut quando non potest interrogare absque *indirecta* revelatione sigilli; aut quando confessionem criminis urgendo injicias p̄nentēti suspicionem de confessione complices e.g. si p̄nentē sciat suam sponsam, cum qua peccavit, eidem Confessario esse confessam, & consequenter ex hujus confessione ita se urgeri; tunc enim omnino indirecē frangeretur sigillum, & confessio fieret odiosa. Maxime cum Confessarius non magis tenetur credere sponsam quam sponso. Si tamen aliunde quam ex complicitis confessione, & quidem certo nosset, eum mentiri, peccaret absolvendo, utpote indispositum. Si vero supſipceatur, omitti tale peccatum ex mera obliuione, aut *ignorantia inculpabilis*, quia non putat esse peccatum mortale, probable est, ut non obligari ad eum interrogandum, modo tibi *confisi*, illum diligenter excusifile suam conscientiam. Huc applicare potest, quid Reverendissimus Rasler docet, nempe Sponsum non peccare mortaliter, si, ne apud suum Parochum, cui confiteri necesse est, jacturam faciat bona sua estimationis, partiatur suam confessionem, & prius graviori peccata confiteatur alteri e.g. mendicanti, & leviora peccata suo Parochio.

**Quares 7.** Quid si sponsi sub titulo sponſaliorum s̄pius convenient, se non tantum osculentur, vel attricent in partibus non *impudicis* in signum mutui amoris, & absque periculo pollutionis, aut confessus in communionem veneream, de quibus supra quaf. 1. & 5. sed etiam admittant tactus omnino *impudicos*, aut copulam imperfētam &c. & quidem s̄pius, an abolvendi? R. Tales ferio adhortandos, ut proxime contrahant Matrimonium ad hujus-

226

227

*Quid in Confessione Mulierum solitarum observandum sit?*

41

hujusmodi peccata evitanda. Si hoc non possint, vel ex causa rationabilis non adhuc velint, tunc obligandi sunt non quidem ad omne consortium deinceps evitandum, (cum hoc omnino durum esset, nec facile acceptaretur) sed ad illud falso tem consortium evitandum, ubi haec tenuerat occasio proxima, & plerumque peccati; & si hoc, nempe ex occasione proxima facere remotam ferio adprobarent, absolvit possunt, velut alii recidivi, & consuetudinarii; ut p. i. §. 6. q. 14. supradiximus. Circa firmitatem & efficaciam propositi in hujusmodi sponsis, & occasione proxima evitanda videri possunt, quæ p. i. §. 4. quæf. 6. n. 52. diximus? P. Laym. apud P. Sporer notat casum, plus quam oportet frequentem: Quando quis volens peccare carnaliter usque ad consummationem, exercet plures actus impudicos tam antecedenter ad copulam, quam etiam consequenter absque intentione tamen ad *moram* copulam inchoandam, non debere hos omnes actus in confessione seorsim narrare, sed sufficere, si dicat, *semel fornicatus sum &c.* tum quia propter unionem & continuationem cum uno fine principaliter intento sunt unum numero peccatum: tum quia *dificiliter*, & *vix decenter* à penitente explicari possunt, minus à Confessario *carisse* interrogari, ne penitenti ansam prebeat cogitandi, etiam ipsum Confessarium in hac materia olim esse veratum &c. Ait tamen P. Sporer, talem non satis dicere, per to *semel fornicatus sum*, cum impossibile videatur, plures *tots* noctis turpitudines sub uno actu fornicationis uniri, sed debere addere saltem *moram* temporis.

229 Quid 8. An sponsus, qui coepit cum sponsa fornicari, licite defistat ab illo actu, antequam semen effundat, quamvis sponsa, cum qua inchoavit copulam, vel jam semen effuderit, vel effusura sit? R. P. Gob. tr. 10. cas. 15. n. 53, non tantum posse *licite defisteri* a malo cœpto, sed etiam ad hoc teneri, antequam ipse semen effundat, & quidem iuxta Dian. quamvis propter naturam impetum semen sit effundendum extra vas naturale, aut etiam si feminina jam feminari: quia *omni tempore ante completam copulam & fornicationem tenetur defisterre*, & eam non consummari? Unde eo casu pollutio non conferetur voluntas, sed tantum permissa. Consentit etiam P. Leli, de jure, & iust. L. 4. c. 3. dub. 7. n. 55. quia quis omni momento tenetur opus *pravum* abrumperet: effusio autem seminis forte extra vas est tantum per accidentem, & propter intentionem, cum sola *abruptio operis mali* intendatur: sicut tenetur quis abstinerre à copula, et si dum se ad

*Suppl. Thysl. Mor. R. P. Schnell.*

illam preparaverit, esset ita concitus, ut nisi perget, sit futura effusio extra vas.

Quæres 9. An, si sponsa per oscula, 230 arrhas quasdam, & sponsalitia dona ac-

quisicerit, teneatur ea restituere, si non sit virgo. R. Diana p. 3. tr. 6. resol. 25. cum Sanch. non teneri ad restitutionem. Rationem dat: quia *valet donatio*, ubi non datur error in causa principali donationis, sed in aliquibus tantum circumstantiis, licet illæ tales sint, ut si cognitis effientur, donator non donaret, nec veller donationem valere, ut patet, qui per elemosynam donat alteri stipendium, quem tamen ignorat esse divitem, aut Lutheranum e.g. & quo cogniti non donasset: ergo error in circumstantia Virginitatis non vitiat donationem arrharum, vel sponsalitatis largitatis: & maxime quia sponsa per osculum accipit gravamen, difficultius nubit, rubore suffunditur.

Quæres 10. An sponsi debeant *infringi*? 231 & in quibus? R. Infringentem sponorum in rebus fidei convenientius relinxi Parochio, & remitti ad Examens, quod primiti solet, antequam fiant denuntiationes &c. in rebus matrimonialibus possunt sponsi remitti ad suas Matres &c. velut p. 2. §. 6. in append. quæf. 1. n. 181. diximus.

§. VIII.

*Quid in Confessione Mulierum solitarum observandum sit?*

232 Quæres 1. De quibus mulieres solata interrogande fint? R. Ordinarie interrogande videantur de imprecatoriis, ira, impunitia, juramentis, detractione, turpiloquii, cogitationibus inhomelitatis & an nihil contra scifitatem deliquerint?

Quæres 2. An mortaliter peccaverint, 233 ubi de accusant, se diebus festis ad *vatitudinem* aut ex aliqui necessitate vestes reparasse, lavuisse? R. Diana p. 3. tr. 3. resol. 8. cum pluribus, tales non peccasse mortaliter. Ubi additis neminem peccare mortaliiter, qui *duabus* tantummodo *horis* laborat die feto, immo nec eum, qui suis domesticali precipit, ut unam, vel alteram horam laborent. Si in hac re putaverint committi peccatum, omnino intruendi sunt de suo errore, ut diximus p. i. §. 3. quæf. 2. & p. 2. §. 2. quæf. 1.

Quæres 3. An si Virgo aliqua sciverit, 234 se laevisse *concupiscendam*, & tamen experit se Sacrum audiendum, peccet graviter? R. Probabilis talen non peccare graviter, nec habere ullam obligationem omittendi Sacrum propter talen caufan: quia

L

cum

cum habeat *ius ad Sacrum audiendum*, non debet se illo privare propter vitandum periculum peccati alterius, quod ipse ex *mali committit propria*, & eti<sup>m</sup> scandalum acceptum, non datum, nec intentum, licet sit praevisum.

235 Queses 4. An si otiosum conatum adhibeat, lavando faciem, aut alienis crinibus utendo, peccet graviter, si hoc faciat ex *intentione*, ut viris *placeat*, licet eorum lafciviam non intendat? *R. Dian. p. 2. tr. 15. ref. 30.* cum Sanch. & aliis, talem non peccare; quia etiam in tali casu uititur jure suo. Interim *praxis* vix fieri ite ornatus abusque prava intentione.

236 Queses 5. An, si sciat, in *chores* ab aliquo tangi in manibus quidem, at intentione mala, comprimique, simulque advertat, se in talibus tactibus pati pollutionem, possit sine peccato choreas frequentare, ideoque hujusmodi tactus permettere? *R. Dian. p. 3. tr. 5. refol. 22.* cum Sanch. & aliis affirmative, hoc posse, modo tamen ab sit *periculum consensu*. Addit Diana, mulierem neque etiam tunc peccare, quando verenda a fagine mitemtruo purgans *prater intentionem* patitur pollutionem: neque enim tenetur ab actu licito abstinere, ne actus illicitus per *accidens* sequatur. Idem respondet P. Lefs. in casu, ubi mulier advertens se tangi ab alio affectu libidinoso in manu, vel alii partibus exterioribus *beneficiis*, juxta morem patrie e.g. in adventu, vel recessu amicorum, vel osculum figi, non tenetur sub mortali hujusmodi osculum, vel tactum pati *bonitate* refugere, etiamsi impurum alterius animum noverit. Ratio est: quia actus hic per se est licitus, & *prava* alterius intentio est per *accidens*: maximè quando subest causa e.g. amicitiae, & coniugialis patrie, hac admittendi; sicut potest quis admittere causam curationis tactum partium secretarum, eti<sup>m</sup> prævideat pravum animum chirurgi. Interim *ex lege chartatis*, ne alter peccet, tenetur quis hujusmodi actus declinare, si comode possit.

234 Queses 6. An si Virgo *more patri* recepto, vel recens introducto incedat peractore nudato &c. sit absolvenda? *R. Plures apud Dian. p. 2. tr. 15. ref. 30.* talem non peccare, & absolviri posse; quamvis dicant, eam, qua talem morem *introduxit*, graviter peccasse, & quantum fieri potest ejus imitationem dissiuandam esse.

235 Queses 7. An si Virgo confiteatur, se forniciata esse, teneat aperte circumstantiam amissae *primo virginitatis*? *R. Dian. p. 1. tr. 7. refol. 11.* cum aliis negative: quia juxta probabilitatem hæc circumstantia est *suntum aggravans*, non speciem mutans.

Similiter ex confiteente se carnaliter commixtam cum proximo *cognato*, Confessarius non debet querere, an sit frater, vel Pacruelis; quia *gradus consanguinitatis* probabiliter non differunt specie. Similiter non debet querere, an, non sit forte sponsa promissa alteri jam in matrimonium: quia frangere fidem sponsalium, probabiliter non est distinctum *specie* peccatum ab alia fornicatione. Idem est, si Virgo prima patiatur pollutionem: licet enim tunc perdat virginitatem ut virtus est, non tamen prout dicit integritatem signaculi.

Quares 8. An meretrice, vel mala Virgo, dum est in actu fornicationis se retrahere possit ante spermatisnum, licet prævideat sic semen extra vas naturale esse effundendum? *R. Sententiam problematis apud Dian. p. 6. tr. 6. refol. 37.* affirmare, hoc esse licitum, sicut *g. præced. ques. 8.* ex P. Gob. diximus, spōnum non tantum polle, sed etiam *dēbere desistere* a copula inchoata, licet mulier jam seminaverit, vel seminatura sit. Consentit P. Lefs. & hoc dicit cum P. Sanch. *ib. 9. de matr. d. 19. n. 7.* verius esse: Ratio est P. Lefsi præter supra dictam. 229. est haec: quia *ante* spermatisnum actus est solum inchoatus, & imperfectus in genere luxurie; ergo voluntarie *continuando* commitit novam culpari: nam finis & consummatio operis illius est in seminazione: maxime quia in seminazione est *injuria prolis*. Deinde ita subtractio non est positive contra naturam generationis sed tantum negative, quia actus inchoatus non completerit, cuius rei tamen subest *justa causa*, sicut ex iusta causa etiam maritus potest se retrahere. Imo ait, eo casu omnino teneri se retrahere: quia omni tempore ante completam fornicationem tenetur *desistere*, & eam non consummare; unde eo casu pollutione fortis subsequens non censetur volita, sed tantum permissa. Sicut Præpos. & alii concedunt, conjuges ab actu conjugal & inchoata copula se posse retrahere propter morbi periculum, licet propter natura incitationem putetur fecitura pollutione: quia haec non est in se volita, ut ponitur, & ex iusta causa permititur tantum. Vide supra n. 185.

Quares 9. An, si post fornicationem peractam statim mingat, putans vel voluntas sic impideat generationem prolis, an peccata censenda sit? *R. Dian. p. 3. tr. 5. refol. 15.* talem peccare mortaliter propter *intentionem malam*, & conscientiam *erroneam*; quia non apparet, quare talis mulier deliberate mingat eo tempore, nisi ut problem impedit; hoc autem utique peccatum grave est. Alias mingere post talem actum

actum non est peccatum abique tali prava intentione, ut plures docent apud Dian. loc. cit. quia revera per hoc non impeditur generatio prolixi: quandoquidem, ut Sylvester Verbo debutum n. 6. & Conradus p. 2. q. 315. ajunt apud Dian. matrix mulieris habet vim attractivam, & retentivam seminis, unde fructu post coitum mulier, & maxime meretrix mingit, ut illud foras emitat.

238 Queses 10. An mulier possit semen in fornicatione receptum iterum ejicere vel per confificationem, aut commotionem carnis, aut per medicinam illud expellere? R. Ex dictis p. 2. §. 6. in append. quæf. 22. n. 203. Si voluntarie pafia est fornicationem non posse, aut, si semen per aliquod tempus in quieta possessione fuit. Si autem mulier violenter est et oppresa, juxta Dian. p. 7. tr. 5. refol. 3. & alios, posset hoc facere absque peccato sicutem immediate post receptionem feminis.

239 Queses 11. An si meretrix se acuset, se per aliquot annos esse expositam numerando e.g. tres, debeat ulterius de numero interrogari? R. Dian. p. 3. tr. 4. refol. 93. si alias certus numerus assignari non possit, sufficere, si dicat certum tempus, vel quoties in anno, mense circiter &c. De speciebus tamen, & circumstantiis, specimen mutantibus (cum haec explicari facilius possint) omnino interrogari debet, an cum soluta, vel conjugatis, clericis &c. aut an contra naturam crimen admiserit. P. Segneri in *Instru. Confess. c. 2.* ait: quando certus numerus sciendi nequit, sufficit probabilitas; perquirre in genere temporis, sciendare, quoties per mensem, aut *hebdomadem* illud committere sint soliti? Imo circa quosdam actus internos odi, luxuria nihil attinet, faltem ordinari in longioribus confessionibus ita rigide frequentiam examinare, quia plerumque explicari non potest absque periculo errandi, iive per defectum, fave per excessum; sed fatus erit habere rationem temporis, quantoquis in discordia vixerit, quantoquis mulieri vel concubinae cohabitaverit, vel fuerit familiaris? neque, enim novum est, res, quæ ad calculum solent numerari, expendere ad mensuram. Addit P. Sporer: Inde Confessarius melius cognoscet statum & militiam peccatoris, quam si pœnitentia previdenda vexa urgentis, torquentisque Confessarii velut divinatarie dicat, plus centies, plus millies peccavi, cum tantum numerum tam parvo tempore percurrisse videatur impossibile. Hinc ex communi apud P. Gob. & Sporer: qui domini habet concubinam, satis dicit, integræ mensæ, anno hæc concubinam, & ea uisus sum velut uxore. Item qui solet conceupiscere

quasque passim obvias, satisfacit aperiendo hanc suam confuetudinem, & species principales, an frequenter conjugatas, an cognatas, sacras &c. Item qui tota die loquitur de rebus turpissimis sine delectu circa materiam, vel locios audientes, & natum inde scandalum, satisfacit aperiendo suam confuetudinem; & quamvis tales confuetudinarii ita generaliter & confuse confessi tatus agant, si postea devenant in notitiam determinati numeri & speciei, eadem peccata diffinitius confitendo; hanc tamen obligacionem plures Doctores apud P. Gob. & Sporer non agnoscunt; quia in illa generali & confusa confessione Confessarius sufficier potuit formare de his *moralis iudicium*, & ita directe absolvere.

241 Queses 12. An, si persona soluta se accusent de turpibus desideriis, non debeant ulterius interrogari? R. Utique deberi interrogari, an habuerint advertientiam, plenam complacentiam? si hoc, iterum querenda sunt de numero, idem de qualitate personarum, an solute, ligate, cognatae &c. ut dixi p. 1. §. 2. q. 6. n. 13.

242 Queses 13. Quid in dubio advertentie, vel plena complacencia presumendum sit in persona soluta? an plenus consensus, vel non? R. Id presumendum esse ex inclinatione & modo vivendi talis ipsa persona, & ex conjecturis, quas dedimus p. 1. §. 2. quæf. 7. & n. 15.

243 Queses 14. An sponsa soluta siue recipiendis abholvi possint? R. Ex dictis p. 1. §. 6. quæf. 14. n. 88. affirmativa; si serio emendationem promittant, ostendant remedia adhibuisse, & ex occasione proxima faciant remotam. Secus res est omnino periculosa. P. Card. diff. 30. c. 4. art. 2. docet, in materia luxurie non sufficere extenuare periculum formale per actus *internos*, sed requiri, ut quis declinet occasiones *externas*, si ei sit *mordax* possibile. Ratio est: quia cum in hac materia obstante pericolo vehemens, acris suggestio, habitus vitiosus tanquam hostes validissimi, conscientia fragilitas sua ex lapsibus præteritis, credere debet, siuos actus non fore fatus robustos &c. Maxime quando habet aliud medium, nempe fugiendi occasionem *externam*: unde, si hoc medium, dum *sacile*, & *moraliter* potest, non amplectetur, conferetur velle ipsum peccatum, nec posset sperare speciale Dei auxilium, quando fua sponte ingredieretur occasione tam pericolosam, & tam facile fibi vitandam &c. Aliud est, si occasio *externa* non potest sine *urgentissima* causa evitari, ut infra dicetur n. 249.

244 Queses 15. An, si loquuntur turpia, sine querenda de numero audiuentur? R. Proba biliter negative ex dictis. p. 1. §. 2. q. 11. n. 22.

L 2

Quæ-

- 245 Quares 16. Quid Confessarius interrogare debet in personis luxuriose viventibus? &c. Non debere plura querere, quam quæ certo novit à penitente omitti, aut quæ communiter fieri ab his solent. *Vid. p. 1. §. 2. ques. 19. n. 36.*
- 246 Quares 17. An mortaliter peccasse iudicandi sint qui tentatione quidem reficiunt, sed negligenter tantum, & repide? &c. P. Gob. tr. 7. cas. 7. n. 338. quando mihi obtingit penitentis, quem novi alias *horre mortalia*, si talis confiteatur, se turpi cogitationi habenti pravum motum *negligenter* restituisse bis, vel ter, prafumo negligientiam non suffise mortalem, nec ulterius interrogo. At quando novi esse *valde lubricum*, prafumo de mortalitate negligenter, sine scrupulosa examinatione, an illa negligientia habuerit complacentiam in ea volutate &c. Videatur in Confessione Monialium *qual.* 2. n. 442.
- 247 Quares 18. An mulier possit servare illa munera, qua ab amato accipit sub*pe fornicationis*, quam camen illa nunquam admittere cogitat? &c. Dian. p. 2. tr. 16. resol. 33. omnino posse servare, ne teneiri ad restitutionem. Rationem dat cum aliis: quia nullus est amor, qui non erubeficeret, si talia remitterentur: vere enim ea donat, licet ex fine malo; & scemina ea non accipiunt *sub pacto*, seu *tanquam pretium* impudicitiae, sed tanquam incitamentum tantummodo. Contraria sententia imponens restitutionem est etiam probabilis apud Dian. loc. cit. Card. Lugo *dip. 18. sect. 3. de Jure, & just. ait*, esse contra morum honestarum sceminarum talia munera accipere, nec talem posse excusari a peccato *scandalis*, & contra charitatem proximi; talis enim acceptatio munusculturum confirmat amasum in persistenda mala sua intentione cum sp. victoria aliquando obtinenda. Imo raro prafumi potest, hanc dari absque pacto falso *implacito* in malum; iam vel scemina *habet* intentionem satisfaciendi maleficia sollicitationis; & tunc jam peccat contra castitatem; vel *non habet*? & tunc peccat contra iustitiam & fidelitatem accipiendo, & retinendo absque intentione implendi conditionem, sub qua solummodo datur. Excusat subinde specialis amicitia, vel desiderium honestarum nuptiarum.
- 248 Quares 19. Quid circa exhortationem, & penitentiam imponendam? &c. Adhortationem debere esse suavem, & efficacem ex poenis inferni, & aliis à Deo infligi folitis. Penitentia potest esse frequens confessio, & communio, & preces ad certum tempus perfolvenda.
- 249 Quares 20. Quid faciendum, quando occasio externa non potest facile evitari e.g. filius familias *non potest* ejicere ancilam, vel ancilla non potest relinquere suum servitum? &c. Card. *dip. 39. c. 4.* tales debere extenuare periculum *fornicale* peccandi per actus proprios, scilicet per magnam detestationem peccati, intentum propositum, preces ad Deum, ut hoc modo ex occasione *proxima* faciant *remotam*, dum aliter *nan possint* fugere circumstantiam, & occasionem *externam*. P. Coninek apud Carden. hunc modum prescribit: Tali igitur non potest fugere occasionem *externam*, injungenda omnia media, que possunt ab eo peccato avertere, & firmiter praecipendum, ut caveat suo *completi* fine necessitate loqui, praferunt in loco *soltario*; & ut quoties cum eo peccaverit, certam aliquam penitentiam subeat: deinde ut & ante absolutionem, & postea etiam sapientius per diem coram crucifixo proponat omnino tale peccatum vitare. Pergit P. Coninek item ut *frequenter*, & eidem facerdoti confiteatur &c. & si promittat, omnia haec facturum se, potest *semel*, aut etiam *secundo*, si *recedat*, absolviri. Addit. P. Card. tales sapientius a profecitione occasionum peccandi deterritos, si Confessarius se *diffidet* ostendat ad impendandam absolutionem, significans quam indigni sine absolutione. P. Segn. in *Infract. Confessar. c. 5.* ait: Ille, qui est in occasione proxima *involuntaria*, & quam moraliter non potest deferere, si loco *fuge* moraliter *impossibilis* (velut filius familias non potest ejicere ancillam complices) adhibeat hic prescripta, potest absolviri, quia talis non censetur velle periculum falso proximum: non peribit autem ille, qui *tanquam est* in periculo, sed qui *autem* periculum. *Ecccl. 5.*
- 250 Quares 21. An possit absolviri, qui habet occasionem proximam *voluntariam*, & quam *facile* possit *expellere* &c. antequam canam *adū expellat*? &c. P. Carden. *dip. 40. c. 5. art. 4.* non posse absolviri; rationem dat, quia nemo se eripit a periculo necis per hoc, quod proponat fugere de futuro, nisi statim fugiat; ergo etiam ad rectam distinctionem penitentis non sufficit propositum se eripiendi à consuetudine seu periculo in *fursum*, sed debet statim se eripere, seu voluntatem habere non permanendi in periculo infringendi suum propositum, quale tamen periculum infringendi propositum esset, nisi statim se eripiat. Hinc P. Dicattilio de *Punit.* *dip. 6. dub. 19. n. 336.* ait: Ego sane vix crederem alicui, quantumvis affirmanti firmissimum propositum, & magnum dolorem, si simul, *cum possit*, nolit tamen se à tanto periculo liberare, nec dignus est, cui credatur: est enim retentio concubina in omnium sententia occasio satis periculosa, cui se expondere sine

sine causa (Card. ait, sine necessitate urgentissima) fatis indicat, non esse verum illud 252 propositum. Unde Card. ait: Talem, qui non vult, cum tamen peccatum expellere, nec prima, nec secunda, nec tercia vice esse absolvendum: eodem enim modo posse dici, quod & septima & octava vice possit absolviri &c. Et afferit, talem sententiam subiacere damnationi, cum talis voluntarie velit permanere in occasione pecandi, consequenter in periculo infringendi factum à se propositum. P. Segneri in *Infruct. Confessar. c. 5.* ait: et si Confessarius ad extraordinarium dolorem, & efficacem voluntatem deferendi occasionem possit secunda vice absolvire, antequam eam occasionem deferat, velut *Iudeus*; non tamen hoc potest tanquam *Medicus*, dum illum relinquit in Draconis faubus.

253 Quesas 22. Quae necessitas vel impossibilitas excusat à deferenda occasione proxima? q. Cum P. Card. differt. 40. c. 7. a. 2. & 3. sola necessitas, vel physica, vel moralis, ita ut tunc flante tali necessitate teneatur extenuare periculum proximum, & facere remotum per actus internos deflationis &c. Si nee hoc sit possibile, fuga, & mors potius subeunda est cum causa Sustanna, quam peccatum. Vide supra n. 243. P. Segn. in *Infruct. Confessar. c. 5.* ait: ad cognoscendum, quemam difficultas & moralis impossibilitas fit sufficiens ad hoc, ut quis non teneatur fugere occasionem externam, sed tantum adhibere actus & industrias internas, debere determinari per prudentiam Confessarii, qui debet expendere danna tam circa vitam & honorem quam circa bona fortuna emergentia, si deheret occasionem deserere, vel ejicare. Pro praxi ita loquitur: Quando quis reperit *majorem difficultatem* in deferenda occasione (intellige, quia sic deberet infoilitum damnum pati, vita e. g. honoris, vel fortuna) quam reperiat etiam flante occasione fugiendi peccatum, ita ut *fugias* etiam in ipsa occasione actuali peccatum deviter propter applicatas internas industrias & actus, quam possit ipsum occasionem deferere, tunc censetur *mores* *alterius impossibilis* fuga, & desertio occasionis. Ultimum in hac re confluum est, configere in his angustiis ad Deum pro afflictione sapientia, ne in tanti momenti negotio excedat Confessarius auferterate, aut indulgentia.

254 In dubio tamen, an sit major difficultas *defendendi* occasionem, aut erit peccatum flante occasione, eligat Confessarius partem rigorosam, nempe defendendi occasionem; quia haec cedit in majorem penitentis favorem: aliunde enim tenetur fugere, si non omnem conversationem in

generi, saltem eam, que respectivo, & respectu sui est periculosa. Hinc addit *cit. loc.* noli igitur admittere illos praetextus, eti domini necessaria, non inventur *fama pars fideliatis*: illius dimissio dat hominibus anfano loquendi &c. subiftis enim pratexibus latet sceleratum illud *nolo*. Nec est paritas cum recidivis e. g. se poluentibus &c. qui absolvuntur, eti missis non stererint: disparitas enim est; quia occasio externa uno iactu tollitur, si quis efficaciter velit: contra passiones interne in recidivis non ita uno actu vincuntur, & ita relapsus recidivi non clare arguit defectum propositi, sed potius natura fragilitatem, sicut tamen relapsus & perseverantia in occasione externa, quam unico actu posset quis tollere, modo efficaciter vellet; juxta illud: *Ejice ancillam, & filium ejus*. Item: *Dovide, & regnabis*.

Quaes 23. An penitentis interrogatus 255 de *confuetudine* peccandi, teneatur eamdem fatari, eti hoc non sit speciale peccatum? q. P. Card. hic differt. 39. affirmative: ratio est; quia Confessarius habet jus inquirendi de iis, qua conducunt, ut cognoscat, an diffit *propositum* sufficiens: atqui ad propositi sufficientiam cognoscendam condicit, ut sciat, an penitentis habeat confuetudinem peccandi, & an velit eam amputare? ergo. Deinde sunt aliqua confuetudines, qua afferunt periculum & occasionem proximam peccandi mortaliter, ut est confuetudo jurandi, detrahendi &c. cum periculo scilicet vel pejerandi, vel cum gravi danno famæ &c. In his Confessariis debet interrogare, ut examinet, an sit ejus generis, que afferant talem occasionem proximam, & quarum retentio constitutit speciale peccatum. Et hanc sententiam de interroganda, & fatenda confuetudine P. Card. vult esse veram, five penitentis sit vir rufus, five doctus: nam alit contra aliquos Doctores: vel ille vir doctus sua doctrina offendit Confessario adeste sufficiens propositum, & non indigere ulteriori interrogatione, & tunc ipse Confessarius cessabit interrogare: si autem non facit, Confessarius ad se certificandum de sufficientia propositi necessario interrogabit de confuetudine &c. P. Segn. in *Infruct. Pami. c. 11.* ait: non contentus es dicere *Medico*, *Domine hac nocte laboravi febre*, sed addis infusor, tot jam sunt menses, quibus me febris nunquam defecit: cur ergo non etiam candide non interrogatus edisteris, quanto tempore peccato deditus vixeris? aut confuetudini adhaeseris? Talia in ore apparent peccata tua, qualia inveniuntur in corde, ne occasionem praebas supremo Judicii post hanc vitam corrigendi judicium hoc a se institutum, &

M

re-

Suppl. Theol. Mor. R.P. Schmied.

256 retractandi. P. Carden. hic dissent. 39. tres assignat confuetudines, quas docet esse speciale & distinctum peccatum ab ipsa confuetudine, adeoque in confessione scorsim explicandas, ut est *confusio juranda* voluntarie retenta, quæ quidem tantum inicipit per peccata venialia, crescit tamen usque ad *pericula petrandi seu sine advertentia ad veritatem vel falsitatem*. Deinde *confusio imprecanda* voluntarie retenta, quæ incipit per variae imprecações sine desiderio dammum inferendi, tandem crevit, usque dum fiat cum *pericolo imprecanda ex animo*. Tandem *confusio detrahenda*, quæ licet incipiat circa levia, solet tamen crescere usque ad *pericula graviam detrahendum*.

257 Quæres 24. An Confessarius possit absolvere confuetudinare, e. g. se voluntarie pollementum ex propria fragilitate absque occasione extrinseca? R. P. Card. hic affirmative, si Confessarius videat pœnitentem habere veram diligenciam de peccatis præteritis, & firmum propositum non peccandi deinceps. Interim etiam potest negare, & differre absolusionem, pœnitente etiam *invito*, si ita videatur expedire ad firmitudinem propositi; quamvis semper melius sit, si fiat *cum consensu penitentis* agnoscens hanc dilationem sibi fore utilem. Ratio desumitur ex Analogia Medici spiritualis cum corporali juxta Conc. Lateran. c. omnis utriusque. Ita autem adhibet medicinam non tantum ad conservandam vitam spiritualiter, sed etiam quando expedit infirmatit, atque versanti in diuturna confuetudine necessaria, & utilis est medela, nempe dilatio, vel negotio absolutionis, ut deinceps magis faciat propositum, cum ordinarie fit vobementum sufficio, confessiones factas tempore confuetudinis non suffice cum efficacis proposito: & hinc hujusmodi confuetudinarii prudentes Confessarii *consulunt*, ut de *toto eo tempore*, quo duravit ea prava confuetudo, faciant confessionem generalē, ut revalecenti confessiones præteritas, quæ viris prudenter suspecte sunt; immo ipsi penitentes, postquam deferuerunt confuetudinem, sepe censem, & timent, se in confessionibus eo tempore factis non habuisse *firmum* propositum. Interim in negotiatione, vel *dilatatione* absolusionis omnino caute procedendum: non nulli enim exinde desperabundi in plures annos recesserunt ab hoc Sacramento.

258 Quid si autem tam pœnitentem quam Confessarius desperent se *fatuam* emendatione in hujusmodi confuetudinario absque occasione extrinseca? R. P. Card. hic talen adhuc posse absolviri modo tamen Confessarius propter moriva pœnitenti a se proposita & inculcata cog-

noscat, eundem habere pro hic & nunc firmum propositum, & non tantum oretenus, sed ex animo dicat, se dolere, & habere propositum. Ratio P. Suarez dñs. 32. de Pan. scđ. 2. n. 2. apud P. Carden. est: neque oportet, ut Confessor sibi persuadeat, & judicet etiam *probabiliter*, ita esse *fatuum*, ut pœnitens à peccando abstineat, sed fatus est, ut exfimet, non habere tale propositum, quamvis post breve tempus illud sit mutatus: ita omnes auctores. P. Segni in *Infract. Penit.* c. 8. ait: *necessarium* eidem non est, ut quis *persuasum sibi habeat*, se non peccatum amplius; quia hoc dependet ex *eventu futuro*, & est actus *intellecitus*; sed fatus est, non *velle* deinceps iterare commissa, quod est *actus voluntatis*, qui dependet à *presenti tempore*. Et qui sunt in inveterata confuetudine sibi persuadent, hoc posse per Divinam gratiam, & per eum, in quo omnia possumus, dum nos confortat &c. Vide supra p. 1. §. 4. queſi. 6. & seq. n. 53. P. Segni in *Infract. Penit.* c. 4. quia *voluntas presens* sece mandandi est materia Sacramenti, non *mandatio subsequens*; quæ tamen per Divinam gratiam potest obtineri.

### §. IX.

*De Confessario sponsalia contrahere voluntum.*

Quæres 1. Caius dicit Marius: *propono te ducere in Matrimonium; queritur, an sint sponsalia actualia?* R. Cum P. Archdekin negative: quia sponsalia debent esse *promissio*, non propositum, vel simplex tantum velleitas. Notat tamen P. Sporer, hanc formulam, *sib' fide mea tu ducam*, licet in rigore tantum significant propositum, ex usu tamen communissimo ad *promissionem implicitan* determinari. Similiter haec formula: *mea es, velo te habere uxorem, sibi dubia, adeoque libertas est in possessione ex Gob.* hic n. 73. nisi accedat alia actio, stipulatio manus, propinatio, traditio arrhae, vel annuli.

Quæres 2. Caius promittit quidem Mœviae matrimonium, & haec promissionem haec etiam acceptat, non tamen *repromittit*; queritur, an sint sponsalia? R. Negative cum Sporer: Ratio est; quia verba contrahentium intelligenda sunt secundum naturam contractus: atqui *contractus sponsalium* ex sua natura est *reciprocus*: unde nec taliter promittens obligatur vi *sponsalium*, sed tantum vi simplicis & gratuitae promissionis, velut si quis promittat gratuitato quid aliud facere. In dubio au-

tem

tem ex Sporer, non presumitur quis gratuitō promisit, & sine onere aut conditione reprobomissus facienda, adeoque si haec reprobomissio non fiat, ipse promittens in dubio ad nihil tenetur. Ratio est: quia in dubio id inspicendum & presumendum, quod plerisque fieri solet; atqui plerumque nemo solet promittere Matrimonium sine spe & conditione reprobomissionis facienda, atque juxta naturam contractus spontanei, qui definitur esse promissio mutua: ergo.

- 261 Quares 3. Quid dicendum, si sponsus dicat, se tantum sibi promisit, & sine animo se obligandi? R. Cum communī apud P. Sporer, hujusmodi sponsalia esse quidem nulla; teneri tamen promittentem ad fictionem hanc emendandam. Ratio est: quia siētē promittens violat iustitiam commutativam per omissionem veri interni confessus; ergo hanc refarcire tenetur per positionem veri confessus culpabiliter omisi: unde in foro externo talis compelli potest ad matrimonium contrahendum, ut docet Less. quia presumitur, intentionem & animum promittendi non defuisse verbis promisoris, nisi aliunde conitetur, verba tantum joco esse pralata, ut pote inter personas omnino dispareas e. g. in nobilitate, divitias, aetate, statura corporis.

- 262 Quares 4. Quid si autem sub talis ficta promissione defloravit virginem? R. Cum Sanch. talem omnino obligari ad promissum, etiū fictum, implendum, cum fraus nemini debet patrocinari. Nec sufficit defloratam datur, nisi hac ultra velite cedere juri suo, quod ad ipsam personam determinate debitam habet, aut nisi ipse deflorator esset omnino nobilissimae conditionis, cui majus damnum fieret duendo notabiliter indignam, quam ipsa deflorata passa sit; si tamen capitalia inter consanguineos & contrahentes nascentur. Ratio huius est: quia nulla potest esse obligatio iustitiae ad actum aliquem, qui sine peccato non potest impliri: atqui matrimonium hoc cum tali odio & scandalo contrahendum sine peccato non potest impleri, ut ponitur; ergo. Interim ut notant Doctores, hujusmodi odia, rixa non tantum debent fingi, & factari ad terrorem, que tamen contracto matrimonio deservescant &c.

- 263 Quares 5. An sponsalia in plena & perfecta ebrietate, tolente usum rationis, valent? R. Cum communī apud Gob. & Sporer, per se, & in foro interno non invalere: Ratio est: quia cum sponsalia inducunt obligationem gravem, & sub mortali, etiam ad hanc obligationem contrahendam requiriunt tanta deliberatio & advertentia, quanta

requirunt ad mortaliter peccandum: atqui in plena ebrietate non adegit sufficiens deliberatio & advertentia ad peccatum mortale; ergo. Interim in foro externo debet probari haec ebrietatis plena, quia, ut quid facti, non presumitur. Sicut, ait P. Gobat tr. 10. c. 1. de spons. n. 27. videtur, qui nullitatē sponsalium vellit probare, ex nimio esti libidinis, & transiente phrenes, que ex Medicorum sensu copiam comitari dicitur: hoc ipso enim, quod tales sub copula quandoque agnoscant placem gheimen, etiam agnoscunt obligationem sponsalium, & promissionis sua. Excepit tamen Gob. & Sanch. quando illa pertinere ita sunt dispensationes conditiones, & promittentes de cetero ita abhorreat illam larvam mulieris, ut extra ebrietatem, aut furorem libidinis certe nunquam suisset eam ducturus. Quia inter indicia tantummodo semipleni confessus & indeliberationis est etiam hoc, quando quis alias, & extra tentationem, & malam cogitationem temper & confitante abhorruit ab hujusmodi peccato; ergo similiter hic dicendum, si quis extra ebrietatem & astum libidinis temper horruire hanc feminam, signum est in ebrietate &c. tantummodo semiplēne in sponsalia confessus &c.

Quares 6. An fiant sponsalia, si unus dicat propinco tibi ad Matrimonium, & puella respondeat, benedicat tibi Deus? R. Cum P. Gobat n. 80. si quis serio sic dicat, & tractatio nuptiarum, vel mentio aliqua praecisserit, fieri sponsalia, maxime ubi puella absque illa contradictione, aut signo protestativo similiter exhibet poculum oblatum; nisi enim consentiret in tale matrimonium, utique vel dicaret, jam non esse tempus de hoc tractandi, vel alio signo suam disponentiam ostenderet. Secus judicat idem P. Gobat, si tantum joco fiat hujusmodi propinatio, & sponsa nihil dicat, aut tantum, benedicat tibi Deus; tum quia ex communī Doctorum apud P. Mezger hic non valet, qui tacet confessio videtur: tum quia non solet promissio fieri tam subito & coram pluribus in symposio, nisi forte jam prius tractatio de sponsalibus incundis praecisserit, ut dictum est. Ita verba, non re defens, etiū dubia, si tamen impragmatio subsequatur, faciunt sponsalia ex P. Gob. Ratio est: quia presumptio in obscuris sumitur ex communiter contingentibus; atqui inter 10. vel 20. vix erit una beneficia, qua corporis sui copiam faciat, nisi promissa stipulatione Matrimonii; ergo.

Quares 7. An sponsalia sub conditione honesta, & de futuro e. g. si pater consenserit, sint valida? R. Cum communī, non esse validā ante eventum, & impletionem conditionis ex

defectu perfecti, & absoluti consensu, adeoque hujusmodi sponsalia conditionata non inducunt impedimentum publice & honestatis: quod pro praxi bene notandum; inducunt tamen obligationem expectandam eventum conditionis apposite: adeoque si quis ante eventum hujusmodi conditionis cum alia contraheret sponsalia *absoluta*, haec posteriora essent nulla, utpote contra dictum alteri sub conditione datam: impleta autem conditione, probabiliter ex Gobat n. 274. non requiritur *novus* consensus.

266 Quares 8. Quid si sponsus non expectata adimplectione conditionis apposite carnaliter cognoscat sponsam suam? R. Cum Gob. n. 276. fieri statim sponsalia *absoluta*, & utraque pars confiteretur renuntiatio conditionis apposite; & huic sententiae stare Dicetus in Constantiensem & Augustanam testatur P. Gobat.

Quares 9. An sit obligatio *procurandi* dispensationem, & haec impetrata sponsalia sint valida, si duas personae ex impedimento direcente inhabitabiles contrahant sub hac conditione, si *parva dispensaverit?* R. P. Gob. n. 162. ex praxi tribunalium hujus temporis, si Papa alias *solen* in hujusmodi impedimento dispensare, omnino communibus sumptibus esse *petendam*, & *expectandam* dispensationem, saltem si sponsa sub promulgatione hac conditionata fuit imprægnata. Addit tamen P.Gob. in favorem tentativae contrariae impetrata dispensatione consensum, esse renovandum. Si autem hujusmodi personæ inabitabiles nullam fecerunt mentionem in sua promulgatione de dispensatione petenda, probabilius sponsalia sunt nulla. Gob. n. 166.

268 Quares 10. Quid si alteruter sponsorum impedit adimplectionem conditionis apposite e.g. faciat, ne Pater consentiat, ne dispensatio impetretur? R. Cum Gob. n. 274. manere obligationem conditione etiam non impleta; ex regula juris 162. ff. de reg. jur. In iure civili receptum est, quoties per eum, cuius interेत, conditionem non impletur, stat, quo minus conditio impletatur, *perinde est*, ac si impleta esset. Insuper hic ex P. Gob. tr. 9. n. 64. adverto, dispensationem impetratam ab una parte etiam *ignorante*, aut *mutua altera*, omnino subfistere: licet in Bulla supponi videatur, utramque partem petere. Ratio est: quia ex natura rei non requiritur plus, quam ut tollatur *impedimentum* ex una parte, sublato enim uno correlativorum tollitur & reliquum: & quia illa suppeditio, quod utraque pars supplicet, cum falsa sit, non veratur tamen circa *substantia*, hinc graviam concessam non irritat.

269 Quares 11. An sint sponsalia *absoluta*, si quis dicat: *non ducam aliam, nisi te?* R.

Cum Sanchez & aliis, nisi alia conjectura adiungit, esse tantum *conditionata*, & quidem juxta Gob. in usu Curiae Constantienses. Similiter dicit Gob. n. 169. illis verbis e.g. *nubam tibi, si Deo placuerit, vel si Deus ita misericordia &c. in foro externo nullam esse promissionem.*

Quares 12. An sponsalia *posteriora* in validum priora? vel econtra? R. Cum communis apud P. Sporer, sponsalia posteriora esse nulla: quia juxta leges justitiae res uni obligata non potest obligari, aut promitti alteri, nisi ille prius sui juri renuntiaverit: quod etiam verum est, eti interim *prima sponsa* fuisset mortua, aut gratis remisfæct: quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio non substitutus, nisi forte *novus* consensus renovetur. Et hoc etiam verum est, eti prima sponsalia essent clandestina, & posteriora essent solennia ceram Parochi inita, quia actum de se *invalida* sicut nec juramentum, sic nec *solemnitas* potest addere valorem. Aliud est, si posterior sponsa *in causa priorum sponsiorum* esset imprægnata: sic enim, cum prima sponsa nullum vel exiguum dampnum patetur, omnino deberet remittere suam obligationem, cum vi charitatis & justitiae fortius vinculum repellat, alterum minus forte & incompossibile. Similiter aliud est, si sponsalia posteriora essent sponsalia *de presenti*, & fieret matrimonium *ratum* per traditionem: quia licet res uni obligata non possit *valde* promitti alteri, potest tamen alteri valide tradiri, ut docet P. Mezger.

Quares 13. An sponsalia sint valida, si fiant *contra voluntatem Parentum?* R. Cum Sanchez & communis apud P. Sporer, & P. Gob. n. 166. si exinde sequatur *decus* Parentum aut familiæ ob *iniquitatem* sponsorum, item iporum Parentum gravis & diuturna offendio, indignatio, vel tristitia &c. hujusmodi sponsalia non esse valida. Ratio est: quia non valet promissio, nec oritur obligatio ad id, quod sine peccato fieri non potest; atqui in dictis circumstantiis sine peccato contra pietatem & charitatem sponsalia fieri non possunt, cum liberi, praesertim filia, ut ait P. Gob. debant Parentibus id honoris, ut in re tantum momenti faltem eos *confundant*, si non omnino eos velint sequi; ergo. Hinc potest implorari Judicis Ecclesiastici vel Parochi authoritas, ut hujusmodi sponsalia velut scandalosa & invalida non admittantur, atque ita observari in Curia Constantiensis testatos sibi esse plures usi peritos testatur P. Gob. n. 106.

Aliud est de ipso matrimonio, hoc enim post Con. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matr. omnino est validum etiam *invitus Parentibus*,

bus, et si sit mortaliter peccaminosum juxta P. Sporer, si filii, et si consulteris, invitatis tamen Parentibus, contrahant cum *indaginis*: Ex quibus sequuntur scandala, familia deedes, diffensiones. Excusat a mortali P. Gob. n. 103. & seq. falso in casu, quo Parentes *injuste* contrariant matrimonio ceteroquin *bene* & *utile*; sufficit enim tunc affensem modeste petuisse, nec tenentur filii obediens, nec iuste puniri possunt e.g. dote privari, exhereditari &c. quia, ut ait P. Gob. n. 103. & seqq. leges Canonicae, quae consulfant libertati Matrimonii, derogant legibus civilibus, & auferunt Magistratui facultati potestatem condendi leges circa Matrimonium.

273 Quares 14. An sponsalia *clandestina* sint valida? R. Cum Sanch. & communis, esse omnino valida. Interim Constitut. Synod. p. 1. tit. 15. c. 2. ita *monet*, falso quoad Parochium (si non mandanti) sponsalia posthac non fiant in angulis, sed coram testibus in domo aliqua honesta per verba *de futuro*, praesente etiam Parochio, si fieri possit. Quam praxim hujus Constitutionis urgente oportet, ait Gob. hic n. 17. & in occurrente casu contrario recurrere ad Reverendissimum Ordinarium: Quia si desint testes, sponsae non possunt probare datam sibi fidem a sponsis *ex parte* dolose resiliensibus. Si desit Parochus, est periculum, ne contrahant de *presenti*, aut usurpent formularum multum dubiam, & litigis obnoxiam.

274 Quares 15. Quo tempore posse inita sponsalia Matrimonium contrahendum sit? R. Cum communis, non debere differri ultra terminum prefixum a ipsi contrahentibus: ubi Gob. n. 124. ait: hanc maturationem velim, Domini Parochi sepe inculcent suis Parochianis: Procratit enim Matrimonii inter sponsos præbet occasionem infinitarum turpitudinum, ut pro dolor! dolent Confessari. Si autem sponsus ab anno in annum differat, aut si sponsa in Confessionali, ut saepius fit, conqueatur, se a suo sponso sperni, & amorem in aliam convertere, consulit P. Gob. n. 134. sponsam posse quidem urgere suum jus, & docere, à se non esse datum justam causam resiliendi, cogere tamen multis nolentem, diffudat propter infelices existus, quos solent pati matrimonia coacta, modo sponsus iniuste resiliens competet damna inde fors sponsae subsecuta. An autem ad hujusmodi cessionem requiratur confessus Episcopi, dependet ex eo, an ita dissolutione sponsalium sit *notoria*, & ita causa reservata. Si vero à contrahentibus nullum tempus taxatum est, regula Juris teneatur, quod sine termino prædicto debetur, statim debetur. Aut si sponsus sit

absens, & quidem ex *justa causa* opificii, studiorum &c. tempus expectationis in Diœcesi Constant. à Judice Ecclesiastico definitum est; quia prohibentur sponsalia dissolvî propria authoritate, & omnes cauſe matrimoniales ad Consistorium Constantiense deferri jubentur, quae conflituum Synod. n. 114. authoritate Concil. Trid. quod sess. 24. de Matr. Can. 12. definit: si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad iudicium Ecclesiasticum, anathema sit.

275 Quares 16. An sponsus mortua sua sponsa, cum qua contraxerat sponsalia, possit sine dispensatione contrahere cum ejus forore, aut *sua fororis*? R. Cum pluribus apud P. Mezger non posse proper impedimentum publica honestatis, quod per mortem prioris sponsae, & fororis non tollitur. Videatur P. Gob. tr. 9. cap. 15. n. 370. ubi proper Declarationem Roma factam dicit, hanc sententiam sine tergiversatione hodie esse sequendam. Idem est, si sponsus ex *matus consensu* natu majoris fororis dirimat sponsalia; manet enim adhuc *impedimentum* publica honestatis.

Quares 17. Quid si autem sponsus fraterdolenter peccet cum *forore* sue sponsae, ut neutrā propter impedimentum publice honestatis, & affinitatis possit, & velit ducere? R. Plures apud P. Sporer, sponsum ita fornicantem per hoc non liberari, sed omnino obligari ad dispensationem impetrandam, ne ex delicto suo lucrum reportet, & quidem sumptibus solitus sponsi.

276 Quares 18. An sponsalia valide & licite dissolvî possint *matus consensu* ex causa *justa*? R. Per se & Jure communis ex causa justa liceit & valide dissolvî. In has Diœcesi tamen *Constantiensi* confutetur peccatum grave, & reservationem, si sponsalia *notoria* autoritate *propria* dissolvantur; quia agitur contra gravem constitutionem & prohibitionem synodalem p. 1. tit. 15. n. 4. Unde in locis, ubi hujusmodi prohibitio fecit, & promulgatur (uti quot annis sub poena pecuniaria bis promulgari Parochis precipitur) omnino incurritur causis reservatis contra hanc prohibitionem (qua *aque graviter obligat*, ac prohibicio operis servilis die festo Diœcesano) & Parochus hujus *dissolutionis consensu*, atque assiftens posterioribus sponsalibus juxta P. Gob. hic tr. 10. c. 8. n. 364. est reus *Excommunicationis lata sententia*, & *privationis Beneficii*. Idem est, si ipsi Laici se illo modo immiscant causis matrimonialibus, divortijs, aut faciendo transactionem, ut ex synod. confit. tit. 16. n. 43. ubi tamen Gob. loc. cit. supra advertit, non prohiberi Parochis, auctoritate tantum *privata*: Item Confessariis ostendit Poenitentibus & sponsis, hanc, aut illam causam non esse sufficientem

pro dirimendis, aut constituendis pactis matrimonialibus &c. hoc, aut illud posse allegari pro sui defensione, ex hoc, aut illo oriuntur impedimentum &c. Item quando sponsalia nondum sunt *acta controversa*, aut in *potentia proxima* ad litigandum &c. Ratio est: quia leges poenales, qualis est illa Constitutio fynodalis, sunt strictae interpretationis: maxime cum non exprimat, an loquatur de causis *acta controversa*, an de ipsis tantum, ex quarum occasione potest tantummodo moveri aliquis lis, & controversia. Utilem leguntur ipsa Synodalia *loc. cit.* & P. Gobat.

- 281 Quares 19. Quid ergo agendum, quando sponsi ex causa rationabili petunt *mutuo consenseru* dissolvere sponsalia? R. Cum P. Gob. tr. 7. *Confessar. n. 411.* antequam sponsalia *propria autoritate* solvantur, petendam ab Ordinario, vel Officiali licentiam dissolvendi: tunc enim & evitatur casus reservatus (utpote qui tantum incurrit per dissolutionem *propria* autoritate factam) & vitantur sumptus seu pena pecuniarum alias solvenda, & oblervantur Constitutiones citatae, modo adiunt *causa rationabiles* dissolvendi, ut licentia sperari possit. Dissuaderet tamen P. Gob. n. 255. dissolvere sponsalia, que juramento *exercitatio* e.g. *raptauit me mille, non habeam partem regni celorum &c.* si te non ducam, firmata sunt, ut trifli eventu confirmat P. Gob. loc. cit. Quando autem pro dissolutione hac quandoque certa pecunia datur, non committitur Simonia; quia haec non datur pro ipso iure spirituali ad matrimonium, sed pro redimenda rexa, & pro *danno* emergente, ac *lucro* cessante.

- 282 Quares 20. A sponsu, vel sponsa teneantur manifestare defectum *occultum*; qui esset alias sufficiens ad impedienda, vel dissolvenda sponsalia? R. Cum communis apud P. Gob. & Sporer affirmative. Ratio est: quia contra justitiam delinquit, qui mercede, aut inutilitate, aut vere noxiamente ignoranti hae vita: atqui hoc fieret in nostro casu; ergo. Hujusmodi autem defectus censorum morbus gravis, lepra, morbus gallicus, aut *impregnatio ab alio* jam facta. Gob. n. 374. Si autem praefecisset sponsalia tantummodo simplex forniciatio, non est obligatio hanc manifestandi; imo ex mente P. Gob. n. 371. sponsa de his etiam interrogata potest dissimilare equivocando, *omino suu virgo, subaudiu, juxta communem opinionem, & in foro, seu publice.* Nec peccari per hoc *mendacium, nisi venialiter.* Interim adverte ex P. Gob. n. 302. in foro *externo* esse usum receptum, ut allegata *mutatio aut ignorantia* hujus, vel illius *qualitas*, aut eventus non admittatur, nisi in contractu sponsalitio

fuerit facta *expresa* illius mentio; cum iudex merito de quibusdam etiam reddenter notabiliter difficultorem contractum dicere possit, omissum in contractibus habetur pro omisso. I. veteribus. ff. de *pactis*. præsertim si ex admissa tali allegatione oriuntur graves inimicitiae. Videri utiliter potest P. Gob. loc. cit.

Quares 21. An Contrahentes etiam cum *fui infamia*, sive interrogentur à Parochio, sive non, teneantur manifestare occultum *impedimentum* e.g. affinitatis ex copula illicita contractæ, criminis ex homicidio, vel adulterio? R. Cum communis apud Sporer affirmative: quia nempe uterque, si velit, potest *abfluere* à matrimonio, & ita sua fama consulere. Quid si autem hec manifestatio non possit fieri absque periculo vite, nec matrimonium jam preparatum differri, donec dispensatio impetretur? R. det P. Gob. n. 9. c. 21. n. 593. & seqq. posse interim contrahere cum *aximo non conformandi*, & intentione faciendo, quantum possunt in genere *contractus*: pro securitate autem fuadet, ut interim, dum dispensatio obtenta fuerit, pretendat se servaturum privilegium bimetrissim fætem ad aliquod dies, vel emittisse votum ad aliquod tempus, vel promissam à se peregrinationem facram post contractum matrimonium mox exsolventam. Vid. Sporer de *atibus human.*

Quares 22. Quid agendum, quando sponsi vel sponsa emiserunt *votum simplex castitatis*? & tamen propter preparationem ad nuptias jam factam sine infamia non possunt expectare Roma dispensationem? R. Cum P. Gob. n. 9. c. 21. n. 573. bene examinandum, an sit votum Castitatis perpetua & absolutum? si enim sit tantum *conditionatum* e.g. si à morbo, hoste, naufragio liberabor &c. etiam *conditione impleta*, Episcopus potestate ordinaria potest dispensare; cum vota *conditionata*, etiam *impleta conditione*, non sint *Pape referenda*; quod bene notandum pro praxi. Similiter si hujusmodi votum castitatis perpetua sit quidem absoluendum, non tamem *certum*, sed dubium, an sit revera & deliberate emissum, non tantum Episcopus potest dispensare, sed etiam Confessarii *mentiantes*, & *privilegiati* possunt illud in alia pia opera permutare. Idem sentit de voto ingrediendi Religionem.

Quares 23. Quid dicendum, quando sponsa *dubitans*, an ex copula illicita (qua uelut ad secundum gradum inclusive hodie dirimit matrimonium contrahendum) contraxerit veram affinitatem ceu impedimentum dirimens? R. P. Gob. hic n. 391. & seq. cum omni modefia querendum esse,

esse, an & ipsa feminaverit, seu an tempore coitus, vel prope paulo ante, vel post semper magnam voluptatem; si nullam, aut exiguum, signum est, non effluxisse ex ea semen, adeoque copulam non fuisse perfecit, qualis ad hoc impedimentum in-

291 currendum requiritur. Testantur autem Medici, semen plerumque defluere in foliam matricem, raro extra corpus: ita Gob. qui addit, et si in foro interno non sufficiat sola penetratio vasis feminini, sed insuper requiratur immixtio seminis virilis cum seminione etiam ipsis feminis, ut ita fiat vera seminum permixtio; in foro externo tamen sufficit probafse, penetratum sufficere semineum, nisi forte facta fuisset mensura pollutio à spadone, vel puer 12. vel 13. annorum, qui actus imperfetti ad infinitatem contrahendam non sufficiunt.

292 Quares 24. Qualis impotenta dirimat matrimonium? R. Cum coniugi & P. Gob. Impotentiam seu absolutam, seu reprobam ad hunc e.g. virum tantummodo, debere esse perpetuan, & quidem ad copulam perfectam exercendam, ad quam non sufficit tantum penetrare vas, sed etiam requiritur utrinque feminatio, seu feminum permixtio. Debet insuper haec impotentia matrimonium praecessere; si enim tantummodo superveneriat matrimonio jam contracto ex insuffitio aut alio casu emergente non dirimit matrimonium factam consummationem (quidquid probabiliter sentiant de matrimonio rato) & hinc P. Gob. n. 421. fecutum semel post initum matrimonium impotens non interdicci conjugibus, quo minus exerceant omnes alias actus, quos licite exercebant ante illam impotentiam, modo abstineant ab iis quibus inest per se verum periculum pollutionis; hanc enim lex naturalis vetat etiam conjugibus. Quamquam si impotentia fit talis, ut tamen vir possit aliquando quan- pennis perrari, seminarie intra vas, non peccet tentando, vel exercendo actum conjugalem etiam cum previilo periculo pollutionis; hoc enim periculum est per accidens juxta Sanch. & Laym.

294 Quares 25. Quid si dubitatur, an haec impotentia matrimonium contractum praecesserit? vel an supervenerit? R. Cum Gob. & aliis, adhuc dirimere matrimonium, sive deinde proveniat ex causis naturalibus & dispositione corporis, ut fatentur omnes; sive ex maleficio; & per hanc sententiam probabilem vult Gob. n. 433, posse quandoque juvarianum penitentem, & dirimi matrimonium ratum; modo haec impotentia canonice probetur, & vere dubitetur, an supervenerit post matrimonium contractum. Laym. Saa apud P. Gob. n. 417. tenent, in sensibus sufficere, si pos-

fint penetrare vas, et si non possint seminare; sicut etiam non interceti, et si feminina non possit retinere semen virile, sed etiam invita emittat, modo etiam ipsa feminaverit.

••••• ••••• ••••• ••••• ••••• •••••

## PARS III. INSTRUCTIO CONFESSARII PRO AUDIENDIS POENITENTIBUS EXTRAORDINARIIS, ET MAGIS SPECIALIBUS.

§. I.

*Quid circa Confessiones Studioforum minorum sit observandum?*

Q uæres 1. An Studiofori minoris interrogandi sint, & examinandi? R. Hos ordinari præsumi esse satis instructos. Si autem sua peccata non sufficienter explicare posse viderentur, possunt circa sequentia examinari, nempe an suo tempore diligenter oraverint? Parentibus, & Superioribus obedienter? &c. et an non in honestis nominibus alios lacessiverint, an non mentiri, & rixati fuerint? &c. De numero, & aliis circumstantiis speciem mutantibus etiam interrogare consultum erit, ut dicant ipsi peccata sua integre confiteari. Itaque si confiterentur, scilicet blasphemie, jurafe &c. interrogaret, quotes id factum? an in materia gravi detraxerint? an impudicis cogitationibus deliberante infacherint? an omnino decreverint data occasione perficere sua defideria? Imo quandoque prodebet, ut Confessarius eos specialiter intrueret, ut hoc, vel illud peccatum deinceps hoc modo confiteantur, & numerum addant.

Quares 2. Quid Confessarius debeat facere, si confiteantur, se tactus impudentes exercent, aut ab aliis impudice tactos se esse? R. Si se ipos tetigerint, non faciente interrogandos esse, an per tales tactus pollutionem procurarent, aut semen effuderint, aut membrum occultum tractando concepirint? cum talia siepe non intelligent, & semen extra illud membrum ordinarie ante annum decimum quartum non effundant. Itaque potius interrogaret, quotes se tetigerint, & suaviter hortetur, ut omnem consonam adhibeant in hujusmodi tactibus evitandis, utpote non solum ingenuum adolescentem dedecentibus, sed

N 2

etiam

etiam admodum periculosis, & à studiorum profectu multum impeditibus. Quodit tamen sibi redent cum ejusmodi peccato, graviora inditia pollutionis habentur: unde poterit ad peccatum illud certius indagandum Confessarius aliquando querere, num *dutius in illo tactu perseverarim?* ad quod si affirmative responderint, ulterus querendum non erit, sed tanquam cum probabilitate mollibus agendum, variaque contra hoc vicium remedium prescribenda. Si vero dicat, se ab alia tactu esse, non facile interrogandum, an membro occulto, vel manu tactus fuerit? an superincumbendo? quia tales questiones facile occasionem praebent possent hujusmodi tactus experendi: itaque contentus erit ab initio declarare superius indicata, & dehortatione suavi facta in sequentibus confessionibus queret, an tactus illi à pueris, juvenibus, vel feminis contingit? an noctu in lecto, vel extra illud tempus, & locum. Ulro non progredendum, sed potius salutaribus monitis, & precibus agentum. In imponenda similibus pénitentiis præclare aget Confessarius, si studeat tales imponeare, que conductu ad bonam consuetudinem ingenerandam. Itaque si constanter eidem confiteatur, pro occasione interrogabit, an, & quid mane, noctu, sub Missa, quid ante & post studia soleat orare? & si quem comprehendunt negligere preces fodalitatis, expediet ei pro pénitentiis imponeare, ut eas per oītiduum, vel diutius quotidie perfrvat. Alteri, qui Missa parum religiose interest, aut aliud simile ignorat, expediet imperare, ut defectum corrigat.

Quæres 3. An, & quomodo ad *elegendum statum*, maxime religiosum, juvandi fint? R. Ante maiorem syntaxis non facile ullum ex istis ad electionem admittendum. Sed si quis desiderium ostendat, interdum conformandum in bono proposito, monendumque, ut à Deo sordum confirmationem petat. Si quis autem in altiori schola huic negotio aptior videbitur, ei in primis per occasionem, vel intra, vel extra Confessionem ostendatur, quantum momenti possum sit in electione status. Subinde monendum erit, ut pro hoc negotio certum Patronum eligit, S. Communionem frequenter obeat, ac posse ubi cum S. Paulo dixerit, *Domine quid me sis facere?* Audiat, quid loquatur Deus in corde. Tandem a prus Electionis modus eidem ostendatur, pravas confuetudines statui eligendo contrarias mature exuat, difficultates in eo statu occurrere solitas explicit, & remedii instruat.

Quæres 4. An hujusmodi adolescenti-

bus expedit suadere, ut votum *castitatis* ad tempus emitant? R. In hac re Confessarium debere esse cautum, & prudentem: itaque iis tantum suadet, quos matuiores esse noverit, periculoque labendi minus exppositos; unde non permitat initio longiusculum tempus emittere votum, sed ad *aliquot tantum dies*; quia si constantes contra vitium carnis apparebunt, votum suum renovare posunt.

Quæres 5. An si talis inconfulto Patre spirituali votum Castitatis non quidem perpetuum fecisset, sed tantum ad longum tempus &c. Confessarius illud *irritare* possit, si talis adolescens *nondum sit eges* annos pubertatis? R. Cum P. Lohner n. 118. non posse: cum non sit ejus proprie Superior: potest tamen, si ita expediens videatur, suadere, ut Parenti suo hoc votum aperiat, & ab eo irritationem petat. Quodit hoc nolit facere propter justas causas, ipse Confessarius vel dispenset, vel immute illud, nisi forte sequi vellet sententiam illorum, qui apud Dianam p. 4. tr. 4. refol. 102. volunt, ut votum Castitatis à proclivi in Venerem factum, invalidum esse, utpote quod non sit de meliori Bono.

Quæres 6. An Studioſi (vel quicunque alii gratia & Patrocinio sui Confessarii utentes) ne perdant famam, vel Patrocinium apud Eundem, possint parti suam confessionem, & graviora peccata prius confiteri ignoto, & leviora suo Confessario ordinario Patrono? R. Reverendissimus Rafsler in tract. de Panit. per se, & nisi fieri per hoc liberis via ad peccandum, non esse mortaliter peccaminorum sic parti confessionem, & permittere deceptionem Confessarii ordinarii.

## §. II.

### *Quid circa Confessiones majorum Studioſorum obserrandum?*

Quæres 1. An Studioſi, qui *alioribus* facultatibus vacant, sint interrogandi? R. Hos ordinarie non esse interrogandos de numero, & circumstantiis speciem mutantibus; has enim supponuntur sufficienter scire: interdum tamen de numero interrogari possunt, quando hunc tantum confuse expresserunt diciendo, se *abhorceres* fuisse ebrios, forniciatos &c.

Quæres 2. An si confiteantur, se *afpexisse* turpiter beſtiarum turpiter commota, aut ea confiticſte feminis conſpiciendi gratia, aut omnino cœtantes afpexisse, teneatur Confessarius querere numerum? R. Cum P. Granado apud Dian. p. 2. tr. 5. refol. 5. Confessarium non temen-

ri

ri quærere numerum, cum hac in beſtis aspexiſſe, probabiliſter non eſſe mortale. Aliud eſt, ſi quis aſpiciat coitum five li- cillum, five illicium hominum, aut ſi vir ſemina nudam, aut ſolummodo ejus ve- renda: quia hoc valde repugnat cum ho- nestate naturali, & quia eft notabilis cauſa magna commotionis in ſenſualitate. Pu- tat tamen P. Granado, non eſſe mortale, ſi fiat ex ſola curioſitate, & quidam adeo leviter per tranſitum, ut non eſt occasio diuina commotionis. Ubi omnia caute agendum.

305 Quæres 3. An de numero interrogan- di ſint in oculis, tactibus? R. Cum Dian. p. 3. tr. 5. refol. 89. ordinarie eſſe interro- gandos de numero, cum tales actus e. g. tactus verendorum, uberum &c. notabiliſter commoventes ſenſualitatem videantur propter periculum eſſe mortales. Excufant aliqui à mortali, ubi tales actus fierent tantum ex joco, vel iuxta leviter, & per tranſennam, abſque ullo periculo dele- ctationis, aut motu carnalis. Eodem modo excufant aliqui à mortalium, qui tangeret ve- renda ſuper uestem, non intenta tamen illa majori delectatione, quam fit illa, quæ provenit ex tactu mediato: ubi tamen nimia cautela non nocet. Similiter ex- cuſant aliqui à peccato mortali eos, qui inter natandum jaci cauſa arripiunt inter ſe pudenda; quia inter perfonas ejusdem ſexus non eſt tanta indecentia.

306 Quæres 4. Si confeanteur, ſe liberos tur- pes legiſſe, debeat Confeſſarius non tan- tum quærere numerum, ſed etiam pra- cipere, ut eos comburant, vel ad ſe deſerant? R. De numero non eſſe querendos, cum poſſint ſe accommodare ſententiis AA. apud Dian. loc. cit. docentum, lectione- nem turpem ex levitate, vel euriſtate non eſſe mortale: penitentem autem ex tali potius legiſſe, quam libidinis ſupponere poſſit Confeſſarius. Ad com- buſionem hujusmodi libri tune tenetur, quando eſt occasio proxima turpis delecta- tionis.

307 Quæres 5. An ſi confeanteur, ſe pec- catum contra naturam commiſſiſe, tenetur Confeſſarius interrogare, quale peccatum fuerit, an molliſtie, an Sodomitie? R. Af- firmative; cum ſint peccata diversa ſpe- cieſi.

308 Quæres 6. Si confeanteur, ſe cauſam dediſſe pollutioni, ſint interrogandi de numero? R. Cum Dian. p. 1. tr. 7. refol. 65. Si penitens fit unus de doctribus, poſſe Confeſſarium ſupponere, quod ideo non addat numerum, quia iudicat ſe non pec- casti mortaliter, coquid opus, per quod dedit cauſam pollutionis, fuerit quidem illictum, ſed non in genere luxurie; in

Suppl. Thcol. Mor. R.P. Schnell,

quo cauſa pollutionem non eſſe mortale docet Valq. cum pluribus apud Dian. loc. cit. e.g. ubi oritur quidem ex nimio potu, abſque ordinatione tamen, & intentione pollutionis ſecutura. Unde ſufficit tunc le accusare de nimio potu. Ubi addit P. Suar. Leſſ. idem ſentiendum, ſi opus illi- cillum fuerit quidem in genere luxurie, ſed reale tantum, e.g. ſi pravideatur, ex levi tactu, aſpectu, lectione &c. pollatio ſecutura. Imo Suarez apud Dian. p. 3. tr. 5. refol. 22. docet, etiā tactus ejusmodi & aſpectus eſſent mortaliter peccaminof, non tamen pollutionem pravifam mortali- ter fore peccaminof, ſi non intendatur. Unde multominus mortale erit, ſi opus, ex quo providetur ſecutura pollutionis fit per ſe luxurie e.g. ſi quis fumat cibos ca- lidos, equiter, tali vel tali modo in lec- jaceat, femur femori ſuperponendo, mem- bra occulta fricet ad pruritum ſedandum, vel femen corruptum expellendum &c. aut ad verenda à ſanguine menstruo purganda; modo tamen in his omnibus caſi- bus femer abſit periculum conſensus. Ubi addit, non peccare juvenem, ſi ex tactu manus in choreis, vel ex amplexu juxta morem patriæ circa notam inurbanitatis non evitando, incidat in pollutionem pravifam quidem, ſed non intentam, & abſque periculo conſensus. Tandem addit ex P. Filliū. ſi aliquis mulier, vel juvenis in cho- reis publicis ſciat ſe tangi ab aliquo mala intentione, modo tales tactus ſint ex ſuo genere liciti e.g. attactus manuum, compreſſio digitorum &c. non peccat illos ad- mittendo coram aliis.

Quæres 7. Quale remedium adhibendum 309 hujsmodi Studioſis pro vitio pollutans? R. Remedium efficacillimum videri fre- quenter confeſſionem eidem Confeſſario, & cerebram Communione. Deinde mo- neantur certis faltem diebus in honorem Paſſionis Christi, vel Beatiſime Virginis ab hoc vitio abſinere: potell etiam ſuade- ri recitatio quotidiana officii B. V. de Im- maculata Conceptione &c. Tandem po- ſſunt inſtrui brevi hiſtoria, quam ſevere Deus hoc vitium punivit.

Quæres 8. An ſi confeanteur, ſe fre- 310 quenter pro magna quantitate pecuniae luſſiſe, Confeſſarius de numero, & circumſtantiaſi luſus interrogare debeat? R. Cum tales Studioſi plerumque minerenſes ſint, ordinarie etiam mortaliter peccare pro tanta quantitate ludendo, ut docet San- chez & communis cum Dian. p. 2. tr. 7. refol. 65. adeoque eſſe obligatos ad numero- rum explicandum, & Confeſſarium ad in- terrogandum. Quia tamen tales poſſunt ex alimentis moderate aliquid infuſere in luſum honeſtum e.g. ſ. ex centum, ut do- O cet

cet Laym. Lefs. apud Busenb. l. 3. tr. 5. dub. 13. aut etiam deponere, quidquid lucrati fuerint, ut alii docent; adeoque si poenitens videatur in *Casibus instructus*, poterit Confessarius superfedere illa qua<sup>stionem</sup>, & cogitare poenitentem lusisse uno ex prædictis modis, cum non teneatur ad restitutio<sup>nem</sup>, quod à minorenne lucratu<sup>s</sup> est, donec ab eo repetatur, ut Laym. & alii docent apud Dian. p. 3. tr. 5. refol. 44. sicut foret, si lucratus fuisset *contra* conditions ludi e.g. utendo *falsis* chartis, aut simulando se imperitum, aut lacescen<sup>d</sup>do alterum, ut conscientia in lusum, alias non lufurus: tunc enim teneretur cum monere de obligatione. Poterit ramen interdum securitatis gratia dicere, se non dubitare, quin sciat *obligationem* restituendi, eique satiscerat sit paratus. Si con<sup>fiteantur</sup>, se coegerit<sup>e</sup> alios stare ludis, aut se non soluturos alias, minati fuerint, si alter feterit, & si lucratus fuisse magnam partem pecunie una cum illa, quam prius amiserant, non tenerit ad restitutio<sup>nem</sup> docet Dian. p. 2. tr. 17. refol. 27. idque Sanchez. Lefs. apud eundem probable putant. Ratio est: quia sicut, si alter non inductus vincat, potest retinere lucrum, ita & ille, qui induxit, poterit etiam retinere, si quid lucretur, ita ut par sit utriusque conditio. Maxime cum inducens non sit proprio causa damni, quoniam ex ludo potuisse sequi tam damnum quam lucrum. Ubi addit, licet ita ad lendum inducens sit dignus, ut privetur lucro per sententiam, non tamen ipso facto privandus est. Sententia contraria in pra<sup>x</sup>ia est tutor: nam qui ita ludit, involuntarie ludit, consequenter velut *contratus* ex *meu* initu sunt probabiliter ipso jure nulli, ita etiam hic &c. Econtra hū coegerint precibus importunis, aut se non soluturos minati fuerint, & postea magnam pecuniam partem perdant lusum, & quidem in ludo prohibito, nec eam solventur col<sup>l</sup>usori exigenti, possunt ab onere solutio<sup>n</sup>is deobligari à Confessario: ita Lefs. l. 2. c. 26. dub. 5. apud Dian. p. 2. tr. 17. refol. 8.

## §. III.

*Quid in Confessione militum sit obser<sup>vandum</sup>,*

**Q**ueres 1. An *milites* examinandi? **R.** Ordinarie examinandos esse de *mero*, circumstantiis, *specie* peccatorum: quia plerumque rudiores sunt. Posunt insuper interrogari, an habeant *amuleta* magica, an blasphemaverint, jurarint, an mala *impreca* sint, an graves iras con-

ceperint, an se inebriaverint, an nihil contra castitatem deliquerint, an nihil *subtraxerint*, an sacram diebus festis neglexerint?

Queres 2. An, si miles *dubit* de justitia belli, & nolit tamen militiam defere<sup>r</sup>e, possit absolvi **R.** Dian. p. 3. tr. 5. refol. 96. cum aliis affirmative: quia quando non constat de iniustitia belli, potest supponere esse iustum.

Queres 3. An si miles finito bello compariat, suffic*inf*ustum, teneatur ad restitutio<sup>nem</sup> dannorum in bello factorum? **R.** Teneri ad restitutio<sup>nem</sup> eorum, que adhuc detinet, & ex quibus factus est di<sup>t</sup>ior: ita Dian. p. 6. tr. 4. refol. 31. & ali.

Queres 4. An si Miles confiteatur, se cum aliis oppidum depradâsse injuste, teneatur ad restitutio<sup>nem</sup> totius damni? **R.** Dian. p. 3. tr. 5. refol. 86. & p. 6. tr. 4. refol. 31. contra plures, tantum teneri ad damnum a se illatum: quia sicut miles privatus non est causa damni, nisi ratione partis, quam ipse intulit, utpote qui non procuravis, ut alii damnum inferrent, ita etiam non teneratur ad restitutio<sup>nem</sup> nisi pro sua parte: Aliud est de *Duce* dirigente, vel *imperante*.

Queres 5. An Miles teneatur ad restitutio<sup>nem</sup>, si tota hyeme nimis impotente extorxit cibum, & potum? **R.** Dian. p. 6. tr. 4. refol. 26. cum aliis affirmative, nisi justam causam habeant, qualis esset affinitudo loci, confessus Ducus in poenam iudicato, aut extrema necessitas. Mera diffusatio Ducus, parvum nimis sp*end*itum non excusat; nam bona aliena ciuium non sunt militibus oppignorata pro sp*end*io; sicut nec ordinaria exculant ultronea dancium promptudo, qui dant plerumque *coatl metu majori* mali.

Queres 6. An teneantur ad restitutio<sup>nem</sup>, si urbem *jus* bello quidem expugnatam, contra Ducus tamen mandatum spoliavit? **R.** Dian. p. 6. refol. 26. cum Hurtado sub distinctione: si enim Dux veterit spoliare hostem, tenetur miles ad restitutio<sup>nem</sup>; quia non habuit facultatem spoliandi: si autem Dux veterit *non ab<sup>sol</sup>ute*, sed tantum, ne ex proprio spolio miles retardaretur à victoria, non teneatur ad restitutio<sup>nem</sup>.

Queres 7. An, si miles stationem deseruerit. Confessarius debet cum obligare ad restitutio<sup>nem</sup> damni inde secuti? **R.** Dian. p. 6. tr. 4. refol. 25. cum aliis affirmative, nisi moraliter certus sit, non esse spem pravalebit; tunc enim eum expectatio frustranea efficit, non tenerat mortem exspectare. In restitutio<sup>nem</sup> tamen hoc advertere debet miles, quantum damni moraliter ex suo discessu lecutum sit, e.g. an *inte-*

integra arx in manus hostium venerit, an unus tantum miles sublitrui debuerit? an suo exemplo alios traxerit ad defensandam statuionem?

319 Quares 8. An teneatur ad restitutionem, qui *injus*ta**, spolia in extrema necessitate absumpit? R. Esse sententiam probabilem non teneri; quia sic absumens dispossuit de re ablata sicut Dominus tenebatur, si apud ipsum stetisset.

320 Quares 9. An teneantur ad restituacionem, si rusticis abstulerint bona, quae eodem modo suffissent ab hostibus aufere? R. Si hostium invasio si *justa* probabilitate non obligari ad restitutionem, ut docent Less. Lopez cum Dian. p. 11. tr. 14. resol. 24.

321 Quares 10. An, si Duces imminunt militum numerum, stipendiis sibi retentis, obligentur ad restituacionem Principi? R. Dian. p. 6. tr. 4. resol. 17. contra communiolem id saltem *tempore pacis* licitum esse, ubi non timetur grave damnum in tali diminutione; quia sic confutundinem effe ipsi Principes sciunt, & tacent, adeoque confitentes videntur: *quod tamen negant alii loco citato.*

322 Quares 11. An si miles ab altero milite lucratus sit aliquot aureos, & pro iis aliiquid iuste emerit, & postea comperebit, pecunias illas furivas esse, obligetur ad restituacionem faciendam Domino, ad quem pertinent, si eas jam sua pecunia miscererit? R. Probabiliter negative, contra Less. & alios apud Dian. p. 4. tr. 4. resol. 67. cum hujus pecuniarum dominium per admixtionem *bona fide factam* compararit.

324 Quares 12. An, si milites die festo, & sine utilitate speciali pralium, aut velitationem committant, ob violatorem festum mortaliter peccent? R. Diana p. 6. tr. 4. resol. 32. negative: quia bellare non est opus servile; cum non minus ad feros, quam ad Dominos spectet.

325 Quares 13. An milites extra diem praetoriorum, aut itinerum teneantur ad jejunium? R. Si habeant honestum viatum, & longiore tempore in aliquo loco constanter, vix titulus excusandū habetur: quia tamen gregarii *nil posse* viatu vivunt ex hoc capite excusantur a jejunio, maxime si nunquam efficiunt securi a prelio incundo; tunc enim vires conservari debent.

326 Quares 14. Quid circa *Penitentiam* in jungendum? R. Debere Penitentiam consistere in precibus, quas *statim* persolvere possint, reliqua delere studeant per molestias militis patienter toleratas. Adhortatio potest fieri, ut confiderent, quam in periculo statu animae & corporis habeant, ut proin semper studeant esse in

statu *gratiæ* per contritionem in casu necessitatis elicitarum.

Quares 15. Qualis Penitentia pro *homicidio injungendā*? R. Cum P. Segni, in *Infracti Confessi* hujusmodi penitentiam multum menistrandam per prudentiam Confessari, ne penitentis putet perinde esse occidere hominem, ac macerare boyem, & canem. Hinc volunt injungi debere non *statu restituacionem & compensationem* dannorum saltet *previorma* cum petitione veniam ab amicis, sed insuper ut procuret cerebra fieri *Sacra* pro anima occisi, aut precari perolvat: nec contentus confitit jejuniis injunge frequentationem Ecclesiastiarum &c. cura, ut talis penitentia diu duret &c. quæ omnia pro variis circumstantiis occisoris, & ejus facultatibus per prudentiam Confessari debent moderari.

Quares 16. Quid viro Equestris ad *dualium* provocato agendum? R. P. Dominicus Viva, posse ac debera talē dicere, sc̄ in medium more consueto proditum, ac paratum esse contra injustum aggressorem, non fugā, sed justā defensionē tueri, sed à propugnatione destitutum, ubi alter desistat oppugnare: nec enim teneatur fugere, si *invadatur*, sed potest iusta defensione uti. Alias duellum ex compagno cum affligitione prævia loci & temporis *intra* Italiam etiam respectu privilegiorum Regularium est reservatum. Si autem fiat tantum ex calore iracundiae, subita ira vel rixa, vel si quis occurrans inimico dicat: *diffringe enem, & pugnamus* &c. hanc excommunicationem & reservacionem non incurrit: nec enim tunc est propriæ duellum, sed iuncta aggressio: nec has peccata incurrit, qui *pūcum* duellum committit honoris ergo *citra* periculum vulneris, & si tunc deit peccatum scandali. Filliac. apud Dian. p. 2. tr. 16. resol. 13.

#### J. IV.

Quares 1. An, si *Judex* confiteatur, se in profertenda sententia negligenter fuisse, aut in mulctis exigendis, teneatur ad restituacionem fisco, vel parta lata? R. Dian. p. 3. tr. 6. resol. 35. non teneri. Rationem dat: quia ad hujusmodi mulctam nondum est acquitatum ius fisco, & partibus; & non statim confiat debere *Judicem*, & *Fiscalem* proprie, & ex officio, atque *justitia* procurare ejusmodi fortuita emolumenta.

Quares 2. An obligandus sit ad restituacionem, si male judicavit? R. Si ex maliitia,

tia, vel *culpabilis* ignorantia malum judicium tulit; omnino obligandus est ad restitutionem parti lese; quia huic iniuste grave damnum intulit. Si vero ex obli-

vione, fragilitate, vel culpa non gravi errorem committit, non tenetur ad restitutionem; moneri tamen debet, ut, si citra infamiam possit, revocet sententiam, vel certe moneat partem causam occulte, ut sibi appellatione, vel alter consulat.

331 Quæres 3. An si munera accipiāt à partibus, cogi debeat à Confessario ad restitutionem corum? R. Dian. p. 3. n. 5. resol. 45.

Si Judex *injustus* extorquet munera, teneri ad restitutionem, ut interdum prefumus potest; interim sceluso periculo iniustitia, & scandalo potest accipere munera liberamente, ut *majores* diligentiam adhibeat, & caufam in favorem illius, qui munera dedit, *intra iustitiae* limites expediat.

Si plures adiunt, qui *equali jure* gaudent ad expeditionem faciendam, potest judex

in gratiam remunerans illam caufam cito

expidere, quia sic in se suscipit obli-

gationem, que est pretio estimabilis. Laym.

L. 3. sec. 5. tr. 5. c. 4. n. 9.

332 Quæres 4. Quando *Advocatus* ad restitutionem sit obligandus? R. In sequentibus caufis. 1. Si clienti patrocinetur caufa *injusta*, tunc enim parti contraria, vel certo clienti suo damnum ex caufa amissa restituere tenetur, nisi clienti confiteritur de *injustitia* sua cause. Quod P. Laym. etiam docet eo caufi, quo unicum tantum articulum injustum causa defendit eo fine, ut adversarium impedit, vel pervertat, vel retardet. 2. Si *salsa* promissione & inani spes victoria laetet, nec moneat cum de periculo causa amittendre. 3. Si suadet *compositionem* in caufa ubi non est dubium de jure alterius parti. 4. Si caufarum expeditiones cum prejudicio clienti differat, postponat, vel plures acceptet, quam expedire poshit. 5. Si modis *illicens* caufam fui clientis defendat e.g. subornando fallos testes, producendo falsa instrumenta, adducendo falsas leges, & abrogatas, querendo declarations ad rem non facientes, detegendo secreta caufæ adversari cum periculo moraliter certo amittendæ caufæ.

333 Quæres 5. An *Advocatus* teneatur ad restitutionem omnis falarii, si nullam rotu anno suscepit caufam agendum? R. Dian. p. 3. n. 15. resol. 42. medium viam ingrediendi, dum tale falarium dividendum putat ad arbitrium boni viri.

334 Quæres 6. An, si *Advocatus* pacificatur cum cliente de *tertia* parte lucri danda, si caufam jam prope perditam obtineat, teneatur ad restitutionem? R. Negative: hoc enim in foro *externo* tantum prohibe-

tur propter fraudis & iniustitiae præsumptionem, quæ in foro interno locum non habet.

Quæres 7. An ipsi *Notarii*, & *Scribae* in

335

aliquo caufi teneantur ad restitutionem.

R. Obligari Notarios, si sine *sufficiens* per-

titia fusciant officium, aut addant aliquid,

vel demand depositioni testimoniū. Si solen-

nitates necessarias omittant culpabiliter.

Si parti adversæ revelent ante publicatio-

nem, depositionem testimoniū &c. In his &

similibus caufis tenentur ad restitutionem,

si ex culpa corum grave damnum ter-

tio sequatur. *Scribae* vero probabiliter te-

nentur ad restitutionem, si accepta pecuni-

a transfringant parti adversæ informa-

nem Judici datam, & inde grave damnum

alteri sequatur. Lugo tamen d. 37. l. 15.

n. 104. cum aliis ad restitutione excusat.

Poenitentia hujusmodi hominibus injungi-

potest præter opera alias confusa, frequen-

tatio Communionis, datio elemosynæ, ad-

hortando ad *justitiam*, quia *benedictio Domini super caput JUSTI*.

## §. V.

### *Quid in Confessione Officialium Principum sit observandum?*

336

Quæres 1. An, qui estimare debent res publice venales, obligentur ad restitutionem, si non denuntient eos, qui taxant ab iis factam non servant? R. Dian. p. 3. n. 6. resol. 35. non obligari ad restitutionem; quia hujusmodi leges *penales* non obligant *ante sententiam*.

Quæres 2. An, si *Officiales* fuerint negligentes in *multis* pecuniaris exigendis, aut in iis, qui *vegitall* non solvunt, deferridis ad *Magistratum*, ut eorum merces *fisco* adjudicantur, teneantur ad restitutionem *fisco* faciendam? R. Dian. loc. cit. negative; Hinc etiam *Cultodes lignorum, sylvarum, piscium* &c. si transgressores non denuntient *Magistratu*ui, non tenentur ipsi solvere illam pecuniam, vel mulctam, quam ipsi transgressores alias solvere cogerentur: quia talis mulcta non debetur *fisco ante sententiam*.

Quæres 3. An, si *Officiales* Principum recipiant *aliquid* à *Creditoribus*, ut *anticipata* faciant solutionem, teneantur ad restitutionem? R. Plures apud P. Busenb. L. 3. n. 5. d. 8. n. 103. affirmative: nisi creditoris liberaliter obtulerint per modum domini alientis, ut facilius obviente solutionem *anticipata*, aut in *gratiarum actionem* pro beneficio *anticipata* solutionis.

Quæres 4. An, si *Quæstores* Principum sint caufa difficultis solutionem, possint chy-  
rographum minori pretio emere, absque onere

338

339

onere restitutio? R. P. Busenb. loc. cit. tales teneri ad restitutio? ; cum sine causa damni, hoc ipso, quod ipsi faciant creditum minus valere, & conseqüenter sic premium ex suo delicto reportarent. Secus est de aliis personis à Quaestore distinguis; haec enim liceat sic emunt hujusmodi chygrapha dimidio pretio, ut plures docent apud Dian. p. 1. tr. 8. refol. 50. Rationem dat Bonac. quia iustum premium rei emptae non est, quantum valet emptori, sed quanti in se valet, aut quanti valet ipsi creditoris consideratis certis circumstantiis: cum ergo dicta chygrapha venditori non valeant in totam ratione difficultatis & exiguae speci quam creditor habet illa recuperandi, sequitur hujusmodi chygrapha minoris emi possit.

340 Queses 5. An, si Quaestores ex arario Principis non potentes unum præ alio solvere, solvant le ipsos, aut alios paucos integre, alii vero nihil omnino tribuant, obligentur ad restitutio? R. Busenb. l. 3. tr. 5. c. 5. teneri ad restitutio? , nisi unus jus habeat præ altero, & constet de voluntate Principis.

341 Queses 6. An, quando Officialis sciverint, brevi as minuendum, aut frumenti v. g. valorem, ideoque cum aliis ejusdem decreti ignari permutarint, obligentur ad restitutio? R. Diana p. 3. tr. 8. refol. 48. non teneri; quia utuntur jure suo.

Quares 7. An, si Officialis dicat, se Sacerdoti cuidam sacerulari dedisse pecuniam ad faciendam suo nomine restitutio? , qui modo sit mortuus, & non restitutor, ac proin scire velle, aut denou teneatur ad restitutio? quid dicendum? R. Diana p. 2. tr. 17. refol. 2. utrumque à Doctotoribus doceri: Ratio pro affirmativa est; quia res ex delicto debita, antequam ad creditorem perveniat, ipsi perire debitori; non autem debet creditor damnum pati ob debitoris delictum.

342 Negativam tenet Lefsius: quia cum ipse furans non teneatur cum infamia restituere, quantum in se est, fecit, quod potuit, & si Joannes creditor ad restitutio? non consentire, esset irrationaliter invitus: quia talis sacerdos vel Confessarius consenserit gerere personam creditoris, & hic presumitur in talem, utpote hominem fidelem consentire. Vide supra p. 1. §. 5. n. 71.

343 Queses 8. An Confessarii Principum in confiliis dandis, maxime in iis, que spectant ad trium imponendum propter bonum commune possint sequi sententiam minus probabilem? R. Diana p. 1. tr. 3. refol. 20. affirmative: hodie tamen non vi-

Suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.

detur subfistere hac sententia: quia Judge tenetur sequi sententiam probabiliorum: atque tales Confessarii confituntur Judges inter Regem, & populum, an sit dandum tributum, vel non? ergo.

Quares 9. An Confessarii possint credere Principi afferenti se esse in necessitate? R. Diana p. 3. tr. 3. refol. 1. contra alios affirmative, nisi moraliter contrarium conflat; tunc enim recedendum est ab expressa affectione Principi, cum de veritate in contrarium conflat.

Quares 10. An, si Confessarius sciat, omnes posteriores esse confessuros in iniquam sententiam, teneatur ad restitutio? , si ipse inter primos iniquum dedit suffragium? R. Diana p. 1. tr. 3. refol. 7. teneri, quia quod alii posteriores sint daturi damnum per iniquum suffragium, non tollit, quod ipse revera dannum inique fecerit. Unde Diana suadet, ut talis aliquam causam quarat emanendi ē tali confilio; quod fieri posse docent plures loc. cit. refol. 19. nisi sit talis, qui speret se suo voto aliorum etiam iudicia posse attrahere: aut nisi fit ejusmodi casus, in quo ad ferendum sententiam omnes convenire debeant, tunc enim si unico verbo impeditio posset ini quam conclusionem, omnino ad id tenebare.

Quares 11. An, si Confessarius, ubi numerus sufficiens pro iustissimo tributo imponendo jam eft compleetus, ipse post etiam sententia, peccet mortaliter, & ad restitutio? teneatur? R. Diana p. 1. tr. 3. refol. 16. talem confessarii peccare quidem mortaliter, non tamen teneri ad restitutio? : quia cum dannum jam per antecedentia suffragia illatum sit, non cooperatur; nisi forte sua autoritate posset revocare precedentia suffragia.

Quares 12. An si Confessarius contrarium quidem votum sententiae iustitia derit, subfribat tamen toti confilio & decreto à senatu facto, teneatur ad restitutio? R. Diana p. 1. tr. 3. refol. 30. cum pluribus, talem teneri ad restitutio? : quia in tali caſu est causa participis executionis iustitiae sententie. Secus foret, si major pars sententiam minus probabilem tantummodo secuta fuisset, tunc enim, quia illi licite egissent, posset Confessarius, quamvis contrarium votum dederit, subfribere; quia in tali caſu mere approbat iustum sententiam. Circa adhortationem, & imponendum penitentiam cum his Officialibus agendum id, quod §. praeced. de Judicibus, & Advocatis dictum est.

*Quid in Confessione Principum, aliorumque illustrum personarum agendum?*

- 348 Quares 1. An tales personae interrogari debeant? R. Negative, nisi aliquid necessarium omitant, aut effent in adolescentia flatu, vel significanter, id sibi gratum fore. Deinde confutius erit, eos non interpellare reverentia causa; quia plerumque non tam multa peccata afferunt, quorum sacerdos non posse recordari in fine ad varias questiones formandas.
- 349 Quares 2. Quibus ex indici cognoscit posse, an tributum sit justum, si Princeps de hoc interroget? R. Dian. p. 1. tr. 3. resol. 2. & 5. aliquie 1. Ut imponatur propter publicam necessitatem vel utilitatem Principis. 2. Ut non imponatur, nisi juxta populi subditu facilitatem. 3. Ut servetur proportio in tali coactione, ne nimis multum uni, nimis parum alteri spectatis facultatibus imponatur.

- 350 Quares 3. Si talis persona ex sua culpa, & ob immoderatas largitates, ludos, injusta bella &c. in egestatem incidit, posse si jufte ob hanc causam tributum impone? R. Dian. tr. 7. c. 3. resol. 4. affirmativa: ubi tamen ex Lessio l. 2. c. 33. d. 6. n. 48. notat, in tali casu teneri tales personas omnes sumptus non necessarios remittere, & imponerum cavere à prodigalitate.

- 351 Quares 4. Quando subditi sunt multum onerati, posse ac debeat eorum Dominus non requirere tributum, sed minorem potius, & suspendere pensiones & gratias aliquibus assignatas? R. Dian. p. 1. tr. 3. resol. 14. affirmativa: quia publica utilitas est preferenda private, & tales gratiae non aliter promittuntur, nisi in quantum fine reipublicae damno praestari possunt.

- 352 Quares 5. An si ejusmodi homines detrahe se dicant Religiosi, aut aliis personis, obligandi sint ad restitutionem? & quomodo? R. Si non addant materiam, posse prudenter supponi, quod non fuerit in materia, in qua opus est restitutione. Si autem dicant, se graver detrahe se, tunc dicit Confessarius, ne leon dubitare, quin noverint suam obligationem restitutions fama, laudando tales personas, vel etiam honorando. Si tandem dicant, falsum crimen de altero dixisse, tunc monendi sunt, ut captent occasionem retractandi hoc dictum, dicendique, se errasse; cum omnis peccans sit errans.

- 353 Quares 6. An, si dicant, se turpes imagines propoiffuisse in aula sua, obligandi sunt ad eas deponendas, nec sint absolu-

vendi, donec deponere promittant? R. Si præcise ratione artis appendantur, non urgendo videri, ut deponant, cum per accidens sit, aliquos ad peccatum perearum aspectum induci. Secus fore, si data opera exponerent libidinis causâ, vel levitatis gratiâ, nec continerent in se speciale artificium, ita Dian. p. 1. tr. 4. resol. 32.

354 Quares 7. An teneantur ad restituitionem, si rusticos seris insidiantes gravibus poenis, vel morte multataverint? R. Si rusticus semel tantum iterumque contra mandatum & jus sui Domini stravisset feram, tunc non posse cum poena gravi temporali puniri, docet Molin. Si autem tale crimen sapientius & cum contumacia esset factum, graviori poena affici posset, non tamen poena capitii aut mutilationis &c. ut docet Molina, nisi contumacia & dampnum esset *valde* magnum.

Quares 8. An teneantur ad restituitionem, si gravia dama per *venationem* subdidit inferant? R. Hic attendendum esse, quo titulo jus venandi possideatur. Si enim ex titulo e.g. consensu subditorum, bello justo, lega lata ob iustam causam, qualis est etiam recreatio Principum &c. possideatur, non tenetur ad cavenda dama, nisi prorsus immodica; fecus foret, si ex nullo *tali* titulo jus illud acquisivissent. Hinc habes raro esse obligationem restituitionis; quia plerumque subditi cum hoc onere pradia in emphiteusin, aut feudum acceperint.

355 Quares 9. An, si dicant, se *jejunium* non legitime servasse, cenfendi sint peccata mortali? R. Confessarium recte facturum, si interroget, in quo sibi videantur *jejunium* non servasse; cum sape se accusent de eo, quod difficultatem specialem in illo *jejuniis* non sentiant. Circa hanc materiam nota frequentia. 1. Praxim communem in Germania haberet, ut ter tantum *jejunetur* in hebdomade in Quadragesima; quæ ideo facilius toleranda, quia Navarra docet, perpetuum *jejunium* tantum ex consuetudine obligare, que consuetudo vel nunquam in Germania viguit, vel ab aliquibus centenis annis abolivit; ita aliqui apud Lug. ubi notat ex P. Laym. saltem in his partibus non statim damnandos peccati mortalis, nec nimium urgendor, ut bis terve in hebdomade *jejunent*. 2. Ad quantitatem collationis communiter designant tertiam, quartam, vel quintam partem prandii. 3. Viris nobilibus tum ratione consuetudinis, tum delicioris naturæ licitum est collationem aliquanto maiorem lumere, quam plebeis, 4. Quoad qualitatem ciborum docent aliqui, non esse habendam rationem, modo quantitas servetur, unde potest sumi juculum

culum vino, herbis, sale conditum. Dian. p. 5. tr. 14. refol. 14. Laym. 5. Omnes peregrinantes esse à jejunio excusatos docet Oriz apud Dian. p. 1. tr. 9. refol. 46. videatur P. Laymann l. 4. tr. 8. c. 3. n. 5. Hodie videtur esse damnatum. P. Dominic. Viva docet pro exemptione à jejunio sufficere *timorem prudentem mali notabilis alias incurrendi*, cum Ecclesiae benignitas non patiatur nisi exponi periculo *grave* damni. Hinc excusantur, qui artes laboriosas exercent, e.g. fabri ferrarii, lignarii, fossores &c. reliqui e.g. fumores, fartores, barbi tonsones, coqui &c. in dubio, an grave dampnum ex jejunio patiantur, ex declaracione Eugenii IV. excusantur; quia in dubiis id presumendum, quod communiter contingit. Similiter qui iter, seu pedester, seu equiter cum curru, & equo incommode cum *multa* desatigatione, aut cum dubio, & timore gravis mali, ex benignitate Ecclesiae excusatur; quia ex communiter contingentibus presumuntur magnum incommodum; modo tamen late iter non precipite in fraudem, sed ex causa honesta afflatur. Similiter excusatur à jejunio, qui jejunando impeditur ab operationibus sibi confonis, Concionator à concione, Confessarius ab auditione confessionum, Professor à studio. Similiter prægnantes, & nutrientes, si cum jejuno non possint commode proleme alere; à carnibus tamen abstineant, nisi sint admodum delicate complexionis, aut prudenter timeantur grave malum proli. P. Matthæuccius sexagenarius non hoc ipso, quod sint sexagenarii, excusat à jejunio, si adhuc sint fani, & robusti, præsertim si esse voluntario voto obligarunt toto vita tempore ad jejunium Regule. Aliud est, si sint plerumque infirmi. *Contrarium videatur in nost. Theol. Mor. part. 3. n. 331.*

358 Quares 10. Quid circa exhortationem *¶ Tales homines, utpote delicatores, plerumque horrente adhortationem. Pro penitentia ordinaria non sunt imponenda jejunia, sed preces, elemosyna.* P. Segn. in *Infract. Confess. c. 8.* ait, adeo deliciatum est Nobilium palatum, ut cibos, nedum medicamenta, aversentur, nisi probe sint conditi; quapropter *ante* illos admone, & cum, ut fieri solet, sint alias verecundiæ, attende, ne confusione è vultu promican tem plus aquo accendas.

### §. VII.

359 Quares 1. Quomodo ager disponendus? *¶ Nisi periculum immineat: à morte*

1. Non statim facienda est mentio confessio nis, sed præmittenda aliquot quanti cuncta de morbo, doloribusque, compassionem ostendendo, aliaque facienda, quæ *ex grum* facere possunt benevolum. Deinde vero occasio captanda ostendendi quantum con ducat status gratia, & Sacramentorum usus ad morbos fortiter & cum fructu ex antlandos; & tum primum confessio nis facienda est mentio, quæ tamen, si periculum imminet, maturius ingerenda esset, ut ait P. Lohner. 2. Si petat ager spatiū pro *preparatione* sibi permitti, omnino id concedendum est, nisi urgente periculū; si vero mox confiteri velit magna cum manutendine & charitate audi endus est; & si rudis est, & propter agitudinem vix loqui posset, variis questionibus juvandus est. 3. Finita confessio nis penitentem denuo ad veram contritionem disponit; quem in finem apertissima fere motiva sunt, Deum esse nostrum Patrem, Redemptorem &c. P. Sporer pro folio addit, si moribundum audis, pie ac ferventer hisce verbis ad Deum alpirantem, *ex toto corde dole*, quod te Deum meum *charissimum* (vernacule, *dub mein lieben Gott &c.*) Patrem optimum offendiderim, maxime si ager sit *malius delicti*, noli angi, & illum magis angustiare de contritione perfecta elicienda, & procuranda; hec enim verba ut plurimum & regulariter continent veram contritionem ex motivo charitatis &c. Advertit tamen P. Laym. l. 5. tr. 6. c. 2. n. 6. & seq. si moribundus ad verte ret, & judicaret, se revera non esse contritum, & tamen comari non vellet ad perfectionem dolorem, ejusdem penitentiam utcumque suspectam esse, & satiationabiliter dubitari posse, an sit debite attritus &c. 4. Si restitutio facienda est, vel tollenda inimicitia, sedulo laborandum, ut Confessarius in hoc genere per fecte obeat partes suas in agro disponendo; juxta tamen cavendum, ne ipsi difficultatem, aut scrupulum cauet.

Quaeres 2. Quid faciendum in agro ob finato, & confiteri renuenti? *¶ P. Lohn orandum, & varia bona opera offrenda.* Deinde submittendum aliquem, qui multum valet apud illum adhortatione & gratia, ut eum ad officium amice adhortetur, tum vero Confessarius humanissime cum agro de variis rebus, quas gratias ipsi cognoverit, colloqui debet, nullam faciendo mentionem de confessione, donec suis benevolum habeat. Deinde si medium hoc nihil proficiat, inquirendam occulte causam, ob quam nolit confiteri, an si forte *heresis* lateat, an *desperatio*, an *pactum* cum demone, an affectus ad aliquod peccatum, an difficilis horror &c. inventa radice,

radice, curandum est, ut apis modis elevatur. Tandem si ager adhuc perget esse obstinatus, explicandum ei est, quod Deus non patitur secum jocari; suggerat illud Salomonis: non tardes converti ad Dominum, nec deferas de die in diem; subito enim venit ira illius, & in tempore vindictæ disperseris. Item quod Naamō dicitur à suis, pater eius rem grandem dixit tibi propta, certo facere debuisse, quanto magis, quia nunc dicit ibi, Lavare & mundaberis. Ostendunt periculum, si in eo articulo se deferat, jauctura irreparabilis &c.

361 Quares 13. Quid faciendum Confessario, si ager confessionem fakturus, non potest solus relinquere, nisi adjuvetur à circumstantibus, ut sunt recens vulnerati, mulieres parturientes, ubi periculum in mora? R. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 56. Confessarium debere quaresse, an doleat de omnibus peccatis suis, & modo, quo potest, optimo se acculeret: ad quam quixitionem, si annuat, absolvendum esse, ita tamen, ut si postea detur occasio ex difcessu adstantium, & vires penitentis crescant, ex infinito ejus confessio audiat.

362 Quares 4. Cum in articulo moris quilibet Sacerdos possit absolvere ab omnibus peccatis, & censuris, quomodo intelligendus sit iste articulus mortis? R. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 66. non solum existentes in articulo mortis, sed etiam in periculo vite posse absolviri ab omnibus peccatis, & censuris à quovis Sacerdote. Cenfentur autem in tali periculo constituti remiges in tremitibus, ut docet Saa, & saltem tunc, quando navigatio est longa, & periculosa. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 62. item milites praetorio vicini: item prægnantes saltem primo, & valde difficulter parturientes: item Banniti, maxime autem dannati ad mortem. Dian. loc. cit. refol. 61. Deinde docet Dian. p. 1. tr. 5. refol. 5. cum aliis, absolutionem hanc posse impendi statim, prima die infirmatissi, vel periculi. Similiter in tali casu absolutum à peccatis reservatis, excommunicationem annexam habentibus, non esse obligatum ad Superiorum recurrere, si evadat periculum, ut denuo absolvatur, docet Dian. p. 5. n. 3. refol. 66. nisi ut se obedientem ostendat.

363 Quares 5. Quid observandum in absolutione moribundi à censuris? R. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 61. si necessitas urget, esse absolutionem dandam sine ulla cautione, vel iuramento. Si vero non sit talis necessitas, non esse absolvendum, nisi prius satisficiat, vel per fidei iustiores, vel per pignoris oblationem, vel juramentum praestitum. Insuper imponendum estonus sitten- di se Superiori, ut se obedientem ostendat,

Quares 6. An si Confessarius ad ægrum vocatus, sit in medio Sacrificio, peracta etiam consecratione, & periculum sit in mora, possit, ac debeat restringere Sacrificium, & ad agrum accurrere? R. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 20. affirmative: quod si tamen periculum tantum non sit, non facile dimitendum Sacrificium.

Quares 7. An, si Confessarius deferens Eucharistiam, rogetur, ut audiat ejus confessionem, & in hac advertatur, ipsum multas invalidas confessiones fecisse, debeat totam ejus confessionem audire, an vero aliquibus tantum auditus possit absolvere? R. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 78. cum aliis: si longa nimis futura esset confessio, tunc factus esset, excitare penitentem ad contritionem, & sic communicare, quam ut confessio fiat integra. Videlicet tamen prestatre, ut aliqua peccata audiantur, ut sic ab aliis indicente absolvatur, cum confessio sit certius remedium, quam contritio, qua ideo jubetur premitum susceptionis Eucharistie. P. Segn. in Instruct. Confessar. c. 4. ait: quando confessio, vel communio in abut tempus sine scandalo rejici non potest, ut si ægrum in eo statu offendat, ut multarum sacrilege peractarum confessionum indigent repetitione, quæ tamen fieri non potest, sive ne morbum exasperet, sive ne illum periculo infamia apud magnam comitantium multitudinem exponat, in hoc casu (quando penitentem ad perfectæ contritionis actum permovere non posset) exige peccata graviora pro temporis brevitate, ac tum secure illum absolve *hac lege*, ut in proxima confessione dicat, que modo fuerunt omissa.

Quares 8. An tempore peccati possit monere Confessarius penitentem, ut unum tantum, alterumve peccatum explicit, & eum ab absolvere, ne longiori mora corripiatur & ipse peccati? R. Diana p. 5. tr. 3. refol. 15. affirmative: ubi referunt, hanc sententiam etiam procedere, et si penitens pateretur integræ confiteri.

Quares 9. Quid circa restitutionem cum hujusmodi hominibus faciendum? R. Lohn. & Diana p. 3. tr. 3. refol. 104. contra aliquos, Confessarium omni modo laborare debere, ut restitutionem non per heredes post mortem, aut per Confessarium, sed per seipsum faciat. Deinde si non expediatur, ut moribundus declaretur in testamento alias restitutions, tunc suaderi posse, ut vel faciat capitulum in testamento, quo jubetur, ut heredes dent tantam summan pecunia Confessario, vel cuidam amico, ut idem expendat secundum voluntatem testatoris; aut certe, si Notarius haberi sine incommodo non posset,

### *Quid in Confessione Mortorum, & Surdorum sit observandum?*

61

fit, suadeat, ut apponat capitulum, in quo dicatur, se reliquise *schedam* manu propria scriptam apud Confessarium, vel amicum, quā declarārit, quid insuper post mortem suam fieri vellet, ac si testamento inserta esset.

368 Qures 10. Quid circa Testamentum à moribundo condendum observari debat? R. P. Lohn. peracta confessione quārendum à Poenitente, ut si quid dicendum occurrat, circa administrationem officii, & alia, ex cuius manifestacionis negligētū gravia damna oriri possint, id maturate sibi, aut aliis indicet. Item ut de suis Bonis disponat per *testamentum* iūstū & piū; aut si jam prius id fecerit, querat, an non aliquid iūstis ex causis immutandum censeat? deinde in testamento condendo tria suadeat. 1. Ut quod vivus potest disponere, non relinquat hæreditibus exequendum. Deinde ut magis ad anima salutem dispositions faciat quam ad pompam. 3. Si septenarius testium numerus haberet non possit, saltē duos, vel tres affumat, idque testamentum validum esse docent apud Dian. p. 5. tr. 8. refol. 123. 4. Non debere Confessarium in danda abfolutione difficultē esse, qui *uni filio plus* relinquaret, quam alteri, aut spūrio solummodo alimenta necessaria constitueret; hoc enim līcēt eum facere posse docent Doctores apud Dian. p. 5. tr. 8. refol. 131.

369 Qures 11. An, si āger, dum adeſt adhuc spes salutis, nullū ullam medicinam adhiberi, abſolvi possit à Confessario? R. Dian. p. 5. tr. 3. refol. 135. negative; cum teneatur vitam suam conservare aedeoque media adhibere ad illam conservandam intellige, si non sint *minus* difficultia.

Quares 12. Quid circa Poenitentiam? R. Hanc debere esse saltē *minimam*, e. g. ternam tunisonem pectoris, pronuntiationem SS. Nominum Iēsu & Mariae; Patet, & ave &c. addendo, ut dolores in vicem poenitentie ostenterant.

### §. VIII.

### *Quid in Confessione Mortorum, & Surdorum sit observandum?*

370 Quares 1. An mutus sit obligatus ad confitendum suo tempore? R. Dian. p. 5. tr. 6. refol. 3. cum communī affirmatiōve: quia saltē possunt per nutus confiteri.

371 Quares 2. An si poenitens mutus possit scribere, monendum sit, ut per *scriptiōnēm* faciat integrām confessionem? R. Dian. p. 5. tr. 6. refol. 4. cum Lohn. posse quidem Confessarium hoc ipsum monere, per mo-

*Suppl. Theol. Mor. R. P. Schnell.*

dum conflit, si occasio ferat, ut confessio commode scripto excipi possit; non tamen ad hoc cogendū poenitentem, cum ad tale incommodū non obligetur. Hinc docent, Confessarium in *injusmodi* confessiōnibus non debere esse scrupulosum, cum ipsa *difficultas* confessiōnis tales personas facile excusat ab integratā *materiali* confessiōni; unde aliquot peccatis communioribus auditis, ab his & aliis, omnibus eundem potest absolvere.

Quares 3. An, si eo tempore, quo oblitus praeceptum confitendi, Confessarius non possit ex signis à muto & surdo datis *alium* certum peccatum agnoscere, eum tamen absolvere possit? R. Dian. p. 5. tr. 5. refol. 3. affirmative: cum sufficiat eum accessisse animo se accusandi de peccatis.

Quares 4. An Confessarius mutum & surdum à nativitate etiam ad Communionem non solum in articulo mortis, sed etiam tempore paschali admittere possit, vel ubi potest lucrari indulgentias? R. Dian. p. 5. tr. 5. refol. 7. probabiliter affirmative: alii cum P. Lohn. n. 187. iudicio prudentius Confessarii relinquunt.

Quares 5. An mutus & surdus possit contrahere matrimonium? R. Multi apud Dian. p. 5. tr. 6. refol. 9. affirmative: quamvis aliqui negent de eo, qui mutus, surdus, & simul cœcus est.

Quares 6. An mutus & surdus simul à nativitate obligetur die factō ad audiendam Missam, aliaque praecepta Ecclesiastice servanda? R. Dian. p. 5. tr. 6. refol. 8. affirmative: idem sentiunt de eo, qui simul cœcus est: alii tamen negant, hoc ipso, quod tales non satis agnoscant suam obligationem, nec possint libere ponere res præceptas.

Quares 7. Quid circa Poenitentiam? R. Eam ipsiis esse imponendam, quam per signa percipere possunt. Quod si nullam orationem nolcant, saltē imponatur ipsi percussio pectoris, formatio crucis &c. quia iuxta probabilem sententiam sufficit poenitentiam perfolvi, et si non fiat ex intentione complendi Sacramentum.

### §. IX.

### *Quid in confessione Sacerdotis secularis sit agendum?*

Quares 1. Quales sententiae Sacerdoti servanda sint in recitatione Breviarū? R. Sententias favorabiliores apud P. Gob. in *Cypeo Clem. Judic.* p. 2. d. 2. 1. Non peccare mortaliter eum, qui recitat Breviarium cum *perpetua distractiōnibus*.

nibus. 2. Qui sibi officium longius ex levi causa mutat in brevius. 3. Qui non recitat *Litanias* tribus diebus Rogationum, aut officium *desinitorum* secunda Novembris. 4. Nullo modo peccare eum, qui matutinum sequentis diei statim post horam *secundam* inchoat. 5. Qui unum Nocturnum ab altero, vel lectiones à Nocturnis separat. 6. 8. vel 10. horarum spatio. 6. Qui non repetit Matutinum, pro quo per errorem *alud* recitat, sed vel pergit in male copto officio, vel reliquum recitat juxta Rubricas.

**379** Quæres 2. An si Sacerdos confiteatur, se sibi neglexisse *persum* *canonicum*, teneatur ad restituitionem? R. Confessarium posse prudenter supponere, Sacerdotem scire suam obligacionem, ac velle eidem satisfacere, poteritque hoc penitentem insinuare. Quando autem Sacerdos omitiens recitationem Breviariorum excusat a restituitione, ponunt aliqui hos causas. 1. Si tantum semel vel bis in anno, vel pluries etiam omisit. Dian. p. 2. tr. 12. resol. 34. 2. Si vult toties geminare *persum* *canonicum*, quoties culpabiliter omisit. Gob. 3. Si Beneficiatus primis sex mensibus non recitet, vel non integrum horam omissat. Dian. p. 2. tr. 12. resol. 25. & 26. 4. Si Missas aliquot legat pro defuncto, pro quibus pretium tantum posset exigere &c. Ubi addit. Dian. p. 2. tr. 12. resol. 8. non esse obligationem restituendi, nisi *partem* correspondente oblationi recitanti horas Canonicas. e. g. si totum officium, omnes fructus illius diei; si partem dimidiam, fructus dimidiis &c.

**380** Quæres 3. An possit duplex stipendum accipi, unum pro presentia, seu officiatura *hoc loco & tempore*, alterum pro *applicatione*? R. P. Domin. Viva, esse omnino probabile etiam post decretum, ut Lug. & alii. Ratio est: quia Sacerdos non teneatur cum sui incommodo & privatione libertatis *hoc loco & tempore* celebrare, adeoque datur pro labore Missarum extirpicio, & alterum pro applicatione *interna*, & sustentatione. Modo tamen ipse offerens aut expresse aut ex circumstantiis manifestetur, se solâ *presentia* Missa contentum esse, ut sic *hoc loco & tempore* pro sua commodeitate hanc audire possit; sic enim volenti non fit injurya. Si autem offerens stipendum taceat, presumitur velle Missam legi secundum morem consuetum, scilicet Cum applicatione *sacrificii*.

**381** Quæres 4. Quale sit peccatum omittire Missam seu ex stipendo, seu ex promissione? R. Viva cum communi, omittere unum Sacrum ex *justitia* debitum esse peccatum mortale: quia dans stipendum est graviter invitus, & quidem rationabili-

ter, quod Sacro privetur, quo indiget seu ex necessitate spirituali, vel temporali. Imo P. Gob. censet esse mortale, Sacrum pro ægritudine applicandum *aliquanum differre*, dum interius ex hac dilatione ægrotans moritur. Si autem Missa tantum liberaliter promissa sit, probabiliter non peccat graviter; cum fidelitas per se non obliget graviter; per accidens autem potest peccare mortaliter, quando alter bona fide hanc Missam sibi promissam applicat pro obligatione, quam ex *justitia* ipse tenetur perfolvere. Aliqui dilationem Missæ ad duos vel tres menses reputant modicum tempus; sed hic spectanda necessitas petentis.

Quæres 5. Quomodo agendum cum Sacerdotibus *concubinariis*? R. Attendum esse, an concubina sit *publica*; & tunc querendum, an non jam semel, iterumque sit montus, de ea dimittenda? tunc enim juxta Concil. Trid. *fest. 15. c. 14.* suspensionem ab officio incurrit, a quo cum Confessarius tantum in foro conscientia absolvere deberet, si habet facultatem. Deinde monendum de concubinita quam *proxime* dimittenda; aut ei absolutione deneganda juxta ea, que dicta sunt de confutundinariis. n. 185.

Quæres 6. Quanta universum distantiæ requiratur, ut Sacerdos habens conscientiam peccati mortalis excusat, ne Confessarius ex mente Concil. Trid. *quapropterum*, id est, saltem *intra triduum* adire debet? R. P. Domin. Viva: aliquos putare distantiæ trium *miliarium* universum excusare, sicut eadem distantiæ universum excusat ab auditione Missæ. Pro Regula tamen universalis statuit: quando distantiæ tanta est, ut sine *magno* incommodo non possit huic precepto Ecclesiastico satisfieri, tunc preceptum non obligat. Quia tamen aliquando potest esse magnum incommodum, est distantiæ sit brevissima, vel ratione temporis brevissima, vel ratione pluvia, vel ob periculum scandali, aut infamie, vel ob alia urgentia negotia, & obligatoria; ideo etiam brevis distantiæ potest aliquando deobligare, & econtra plurimum miliarium distantiæ potest non obligare, si ea evidenter non pariat magnum incommodum.

Quæres 7. Si Parochus confiteatur, scilicet *agrum moveret*, fuisse causam accelerate mortis, an Confessarius debeat illum ceteris irregulariter habere, & absolvere? R. Gob. in *Cypeo n. 227.* non esse irregularē. Ubi addit, nec cum fieri irregularē, qui ut rem suam, aut alienam à fure ablatam recuperet, clamat adesse furrem, qui postea capitur, & suspenditur. Item qui indicat judici, reum esse optimo

382

383

384

me dispositum ad mortem, ideoque hanc non esse in crastinum differendam. Item qui monet carnificem, ne tamdiu torqueat, sed citius vitam eripiat e. g. pectus validiori iactu percutiendum, copiosiorem pulvorem addendum.

385 Quares 8. Si Sacerdos querat in confessione, an possit confessiones audire non obstante pollutione, quam ordinarie patitur? R. Dian. p. 3. tr. 5. refol. 22. posse audire etiam tantum ex devotione; maxime si abit periculum *confusus*: quia talis pollutione nec est voluntaria in se, nec in causa; quia tantum per accidens sequitur ex auditione confessionum.

386 Quares 9. Quibus diebus Parochus te-neatur Sacrificium applicare pro Parochianis? R. Matthæucci: si redditus pingues sint, teneri singulis diebus; si vero tenues saltet diebus festivis; ut in una Lucana Sac. Congr. Conc. Decreto edito sub 10. Maii 1681. ex Trid. sess. 23. c. 1. de reform. & P. Laym. de Simon. n. 16. nihil stipendi posse pro Sacrificio exigere. Videatur nost. Theol. Mor. part. 4. n. 437. Pœnitentia Sacerdotibus Parochis imponi potest frequens confessio, pia lectio &c. Adhortatio iis tantum indirecte fiat.

### §. X.

387 Quares 1. An reus cum vita discriminem in carcere detentus ad confessio-nem excitari debeat, antequam capitalis sententia sit ei indicanda, si tempus Paschale urgeat? R. Ordinarie non expedi-re; cum periculum sit, ne retinendo criminis sibi imputata, confessionem non faciat integrum. Unde tales potius ad contritionem excitandi sunt.

388 Quares 2. An si reus confiteatur, se crimina multa coram iudice negasse, & negaturum usque ad finem vita, possit absolviri à Confessario? R. 1. Si hoc in foro externo plene probatum sit crimen, & probatio haec ei ostendatur, omnino ad interrogacionem debet fateri veritatem; adeoque peccare, nisi faciat; nec absolviri posse, quamdiu in isto peccato cupit perseverare. Contrarium docet P. Lohn. n. 170. cum in foro interno magis reo, quam omnibus aliis credendum sit. Interim addit, monendum reum de fatenda veritate, si saluti sua consilium velit. R. 2. Si crimina illa sint tantum *semiple* probata, potuisse illa negare, docet Sanchez cum aliis, & Dian. p. 9. tr. 15. refol. 21. aitque Lugo, esse sententiam in praxi tu-

tam. R. 3. Etsi reus primo iniuste crimen negaverit, non obligari tamen ad retractandum, & veritatem fatendam, si de-nuo interrogetur, uti docent aliqui apud Dian. p. 3. tr. 5. refol. 163. Ubi ex P. Sanch. notat, caute admodum in tali confessio-ne procedere debere Confessarium, si credit, fore ut reus non amplius interrogetur; tunc enim nihil debet interrogarre de proposito fatendi veritatem, ne ipsum exponat periculo iterum peccandi. Imo, si credit fore, ut denuo interrogetur, non debet facere mentionem explicitam hujus propositi, sed tantum in genere, num habeat *propofitum* vitandi peccata *omnia*, & tunc eum absolvire; nisi habeat clara in-dicia, quod fixius haereat in proposito negandi veritatem, quos interrogatus fuerit.

Quares 3. Quodsi reus confiteatur, se fallum sibi crimen imposuisse, velleque in ejus confessione perdurare, an Confessarius debeat eum absolvire? R. Affirmative: Imo posse reum sibi gravia, & falsa crimina sine peccato imponere, & cum ju-ramento, docent plures apud Dian. p. 3. tr. 5. refol. 7. Leff. Laym. Lohn. n. 170. quia vita non est digna, que cum tanto dolore debeat servari.

Quares 4. An si reus falso denuntiarerit alium innocentem, cogendus sit à Confessario ad revocandam denuntiationem? R. 1. Si nondum damnatus sit reus ad mortem, omnino obligandus est ad revocationem. Ita communis apud Buseb. l. 4. c. 3. d. 7. a. 1. R. 2. Si jam sit in extremo vita, & Confessarius sciat, in eo loco pra-xin esse, ut revocatio in extremo vita facta habeat pro invalida, non esse obli-gandum; quia rei revocatio efficit ini-tialis. R. 3. Si innocens ille de falso criminis, licet inculpabiliter, testatus esset, & reus vicissim illi faltum crimen objecisset, tunc non obligari ad revocationem falsa objec-tionis, coquod tantum contra Religio-nem peccasset, non contra iuritiam: ita Joan. de la Cruz apud Dian. p. 3. tr. 5. refol. 4. quamvis Dian. cum communi con-trarium teneat: nam reus non habet jus defendendi se illo medio; cum mendacium sit intransfere malum, nec ordinabile ad finem bonum.

Quares 5. An, si reus querat, num ef-fractis carceribus se, & alios liberare pos-sit, annuere possit Confessarius, & si ita à reo rogatur, pecuniam, & instrumenta offerre? R. 1. Sit tantum ad modicum tem-pus in carcere manere sit iustus, neque aliud malum, quam molestiam carceris, aut verberationem timere possit, non posse illi permitti, ut hoc suum propo-situm exequatur. Ita communis. R. 2. Si carec-

Q. 2.

- carceris duratio sit *duturna*, vel triremum, posse reum effrингere carcerem, docent plures apud Dian. p. 2. tr. 17. refol. 39. & p. 3. tr. 5. refol. 102. que omnia magis locum habent, si de vita periclitatur; tunc enim fugere eum posse, et si custodi aut aliis damnum inde sequatur, neque obligari ad restitutionem ullam, etiam pro carcere effracto faciendam, docent plures apud Dian. loc. cit. R. 3. Etsi per se omnes ii, qui non sunt ministri iustitiae, possint arma offere ad effringendos carceres, ut docent Lessius, aliquis apud [Dianam] p. 2. tr. 5. refol. 102. quia tamen Confessarius posset sibi, totique Religioni, aut aliis etiam Sacerdotibus grande odium accertere, ideo non suadendum, ut ullo in casu ei suppeditet instrumentum, nisi in co-moraliter certus sit, nullum simile incommodum fecuratum: pecuniam tamen facilius offerre posset, non quidem eo tali, ut fugiat, sed ut suis necessitatibus vel intra, vel extra carcерem proficiat. P. Lohn.
- Quares 6. An si reus publice *convictus*, etiam ad mortem condemnatus confan-tetur adhuc crimen in confessione neget, Confessarius eum *absolvere* posset, & etiam Judici ejusmodi innocentiam aperire, & pro eo intercedere deberet? R. 1. Ex P. Lohn. cum in tali casu in foro *interno* frena sit fentientia, & consequenter reo magis quam omnibus aliis credendum; ideo est *absolvendum*: ita tamen, ut mo-neatur prius de obligatione fatendi cri-men in hoc tribunal, siquidem saluti sue prospectum velit. P. Lohn. R. 2. Vix suaderi posse, ut Confessarius rei innocen-tiam Judici aperiat; cum is nec crediturus sit, nec tenaciter credere, utsi juxta allegata, & probata procedens. Unde si ipso Rei semel advertant, hoc onus Con-fessarios in se suscipere, occasionem arri-piente facinora sua celandi; ut bene ad-vertit Laym. & alii apud Busenb. l. 4. tr. 8. d. s. Addit P. Lohn. nec Confessarius pro-mittat intercessionem pro reo facere, ne spem vita inde sumat, aut si prater spem nihil impetrat, animum erga Confessarium amittat.
- Quares 7. Qualis *Penitentia* hujusmodi reis sit injungenda? R. Hanc plerunque debere esse levissimum, quam illi statim cum Confessario recitent: non obesest tam-en, ut ipsa etiam *mors* (utpote ob difficultatem suam valde satisfactoria) eisdem imponatur pro salutari penitentia; mo-neaque, ut hanc offerat, tanto copiosius per hanc pro suis delictis satisfacturus.
- Quares 8. Quid faciendum Confessario, si reus, vel furgidum in sceleris ascendit, cupiat denuo conserui? R. P. Lohn. du-
- plicem in tali casu viam occurriere poenitenti consulendi: prima est, ut petatur fa-cultas à Judge, per quam reo defensum concedat; qua si à Judge non impetre-tur; tunc secunda supereft, ut scilicet mo-neat reum de *dolori* pro peccatis commis-sis scilicet, & sic cum tanquam moraliter impotentem oretus confundi emus ab-solvat: ad ipsum vero in partibulum ac-cendere videtur indecens, & contra re-verentiam Sacramenti, & ipius Sacerdotis, tum ob varia incommoda scalarum, & per eas aescenum, & defencum.
- Quares 9. An si latro confratris *offensus* ro-ta implexus per aliquot horas supervivens & supervicturus crederetur, ideoque ipius à Confessario petat, ut ei Sacramentum ex-trema *unctionis* administrari curaret, ne in ta-li periculo deficit, an possit Confessarius ejusdem petitioni annuere? R. aliqui af-firmative: adduntque omnino consulendum esse; tum propter necessitatibus con-tra tentationes occurtere solitas: tum propter augmentum gratia, gloria, & re-missionem peccatorum interea commis-sorum: tum quia talis homo perinde *infimus* censer potest, ac ille, qui ex gravi *vulnera* lethaliiter decumbit.
- Quares 10. An reus ad mortem brevi condemnatus censeatur esse in articulo mortis, & ita à peccatis *quonodocunque re-servatis*, & censari possit à quovis approba-to absolvī? R. P. Gob. hic affirmative: Ex-emplum ponit in eo, qui tenebatur in car-cere brevi comburendus propter pecca-tum bestialitatis in hac nostra Diocepsi re-servatum: ait enim, talem tanquam in *articulo mortis* existentem postea à quovis Pa-rocho, vel approbatu absolvī, nec opus esse, ut absolutio Constantia petatur.

## §. XI.

*Quid in confessione Saga, vel Magi Con-fessario obseruantur?*

- Quares 1. An si Confessarius ex alio-rum relatione concepit suspicitionem de aliquo poenitente, quod sit magus vel saga, *debet* aut possit ipsum de hoc sceleri interrogare? R. 1. Si persona sit talis, quam de modo alio peccato interroga-re solet, neque de hoc interrogandum esse, cum merito hoc ægre ferre possit. R. 2. Etsi re ipso talis sit, que de aliis pec-catis interrogari solet; nunquam tamen in specie de hoc peccato interrogari debe-re, sed ad summum, si fama sit communi-nis, & indicia satis publica de pacto cum demone inito, queri illam posse, an non variis superstitionibus dedita sit? ad qua, si negative respondeat, ulterius progre-dien-

diendum non est; si affirmet, tunc interrogandum de qualitate superstitionis.

407 Queres 2. Quomodo Confessarius interrogare debeat eum, qui confiteretur, se expessum cum damone *pactum* fecisse, eique se ac omnia sua penitus transcriptississe. R. Cum P. Lohn. n. 171. talem interrogandum de *fine*, an scilicet propter voluptates hoc fecerit? an etiam Deum, Sacra menta, omnesque fidei articulos abnegarit, idque chirographo propria manu subscriptio, & sanguine signato? an Deum, & Sanctos blasphemarit? an in nocturnis conventibus diabolus pro Deo haberet? & vere adoraret? An nunquam SS. Eucharistiā ad veneficia abusus fuerit? an nunquam cum damone se commisceruit? an nullum veneficiū, veneno, aliisque modis occiderit, aut aliud grave damnum intulerit? an nullum infamem falso baptizarit? vel ante Baptismum occiderit? an neminem feduxerit? vel damoni maniparit? an nunquam sacrilegio confessus fuerit, & communicari? an in philiris & similibus remedii impudicos amores conciliari? an odia & inimicitias graves inter conjuges, & alias personas causarit? an non amuleta magica alias distribuerit? an non à damone in alienas domos alportatus, pecunias, vinum &c. surripuerit? an de rebus furtivis, & amissis consultus consilium ope demonis dederit? an non cum damone aliquo matrimonium contraxerit? De his omnibus interrogare potest Confessarius, que tamen ipsa, plerumque parva sunt respectu scelerum, quae ab hujusmodi hominibus patrari solent, adeoque faciet prudenter, si ipsos disponens ad feriam penitentiam faciendo, horretur ad omnes actus explicandos, quos infinitū demonis, vel propriā malitia fecerunt.

408 Queres 3. Quales obligationes imponeat debet Confessarius tali penitenti? R. 1. Ut pactum cum damone intum rescindat, jureterque, se nullum cum eo commercium posthac habitum. 2. Ut confessionem fidei denuo faciat, vel recitando fidei *symbolum commune*, vel formulam à Tridentino praescriptam, vel conceptis à Confessario verbis utendo. 3. Ut libros suos, & omnia magica artis instrumenta deponat; & ne ipse repeteat posuit, vel alii his educantur, comburatur. 4. Ut si quis aliis intulit veneficia, removat, quantum sine gravi damno potest. 5. Ut damna aliis in bonis fortune illata, quantum potest, refaciat: qua tamen in re attendendum est, ne penitus videatur sibi obligari ad refaciendum ea damna cum gravi periculo se prodendi; ad hoc enim non tenetur. 6. Ut, si quos falso baptizari,

*Suppl. Thol. Mer. R. P. Schnell.*

aut omnino ad magiam adduxit, quantum fieri potest, ab hoc errore liberet, & infantem vel baptizet, vel baptizari ab aliis procuret; nam ad hoc videtur etiam cum periculo *rite* obligatus; maxime, si effet periculum, ne infans ante usum rationis moriatur. 7. Si Eucharistiam in loco *indecenti* asservavit, eam quamprimum potest, premissa confessione jejunus sumat, aut ad ipsum Confessarium deferat: ac pari modo alias res sacras aut reverenter asservet, aut si sine periculo se prodendi, aut aliam ob cauam asservari non possit, occulte comburat.

Queres 4. Quānam poenitentia hujusmodi hominibus imponenda? R. 1. Ante omnia curandum, ut lucrari possint *indulgētūs*; cum pro suis gravissimis sceleribus satisfacere propriis operibus nequam possint. R. 2. Diligenter caven dum Confessario, ne *gravia* ipsi opera pro poenitentia imponat, vel injungat sed potius minima, hortando ut agnoscant beneficium liberationis à tam gravi jugo, & manifesto salutis periculo, *gratiosque* le per omnem vitam exhibeant.

Queres 5. Si Saga ad mortem condemnata, neque confiteri, nec diabolo renuntiare velit, quid Confessario agendum? idem est de quoquaque aliō poenitente. R. Cum P. Lohn. ad preces, maxime Sacrificium Missarū confugiendum. Deinde *dissimulet* nonnihil, nec quidquam de ejus confessione dicat, sed potius de *alii rebus* loquatur e.g. de solatis ad mortem feliciter obeyundam conductebit.

3. Quantā potest charitate tum per blanda colloquia, tum per ipsa misericordia opera emendando cibos delicatos luetretur ejus animum. 4. Ostendat, quanto felicior illi ipsius mors, quam aliorum magorum. 5. Interdum simulando, ac si non illi, sed alii narret historias de magnitudine gaudiorum celestium, vel tormentorum infernalium. 6. Narret in specie quasi animaturus ad mortem aliquot *Sanctorum* martyria, & quam fideliter Deus illis adfitterit: & quam turpiter contra *diabolos* in ultimo articulo suos deseruerit, ita ut ipsimet salitatem promissorum agnoscentes vel in illo articulo damoni renuntiantur. 7. Si tempus ultimum fatalis dei infest, suaviter interroget, an non meliora consilia modo cooperit, apertam flare januam ad cœlum, vel infernum. 8. Roget, ut per *merita*, & *Sanguinem Christi*, & per quidquid ipsi charum est, ne animam suam tam pretiosę redemptam negligat: in hunc finem in genua coram ipso procidat, aliosque ad id horretur. 9. Si nec sic aliquid effecerit, quiete patulūm, & cibum ac potum ei interea offerat,

R

409

410

411

412

offerat, nullo unquam accibiore verbo, ac gestu contumaciam ejus castigans. 10. Si litores adveniunt ad eam abducendam, repeat iterum, nunc vere eam integrē*ter eternitatis*, videat, quo tendat? si acquiescere nolit, alloquatur ibi Christum crucifixum, quem in manibus habet, ne dilectam hanc animam perfire finat. 11. Si in egressu nolit orare, ne urgeat invitum, sed pro ea cum socio preces interim fundat, & vernacula sermone, ut intelligat, & nonnunquam querat, an resocillatione indiget. 12. Si ad locum supplicij ventum fuerit, jubeat omnes adstantes genua flectere, & pro ejus anima preces fundere; quem in finem ipse conceptis verbis praecat. Ubi nec ista proficerint, moneat denuo, & per merita Christi roget, ut convertatur ad Dominum Deum suum, & animam potius in manus Patris optimi, quam demonis tradat. Denique non deferat ipsam usque ad exitum vita, & saltem actus *confititionis* ingeminet, ut forte vel in ultimo instanti respiccat. &c.

## §. XII.

## Quid in conversione, &amp; Confessione Hæretici observandum?

**413** Quæres 1. Quid observandum, ubi hereticus fidei instructionem postulat? R. P. Lohn. n. 160. primo indagandum esse *matrum*, quo impellatur ad nostram fidem amplectendum: hujus enim notitia non parum necessaria est ad iudicium de illius dispositione, & secutura confitania ferendum. Deinde collaudato motivo operam suam in ordine ad instructionem *liberat* eidem offerat, simul tamen etiam (si forte pauperem se esse dicat, mediisque sustentant le deflitum) aperte indicet, quia quod ejusmodi necessitates sublevandas *media* non habere, nec etiam curam istam in se suscipere velle &c.

**415** Quæres 2. Quid in ipsa actuali instructione observandum? R. P. Lohn. n. 160. primo indagandum, cui hereticus additus fuerit, & quantum in articulis sue Sectæ sit instrutus, vel radicatus, ut facilius cognoscere possit Confessarius, quibus medis illum ab errore abducere possit. 2. Differendi articuli, in quibus heretici cum Catholicis *conveniunt*, & in quibus disconveniunt, quales sunt numerus Sacramentorum, cultus sanctorum, permanentia Eucharistia &c. & horum articulorum veritas auctoritate S. Scriptura, vera Ecclesiæ sensu, Martyrum, ac miraculorum testimonio comprobanda. 3. Offerenda Rosaria, Imagines, libelli facri, & precatori, eorumque plus usus, & utilitas demonstranda.

Quæres 3. Quid circa ipsum confessio nem peragendum sit observandum Confessario? R. P. Lohn. n. 167. cum à confessione heretici plerunque abhorreat, ideo omnem diligentiam conatusque adhibendum, ut iste *horror* protinus inanis & fictus ostendatur. Deinde omnes hujus Sacramenti *partes* bene dilucide explicentur: cavendum tamen, ne examen plus aquō rigidum instituatur; nec debent offeri specula, ut vocant, peccatorum; haec enim magis turbant & difficultate sua abferrent; potius ipse Confessarius, postquam *potior* peccata pœnitentias recentiuit, difcreta & amica interrogatione examen suppleat, nec nimium cruciet, donec successe affluescat. P. Sporer adverxit, omnes transgressiones legum *Ecclesiasticarum* coalescere in unum peccatum cum heresi formalis, atque ita si aliquando ad fidem convertuntur, sufficit illis dicere, tot annis in heresi *formalis* dubius *vixi*; sic enim satis intelliguntur transgressiones contra præcepta Ecclesiastica jejuniū, Missarum auditionis, Communiois, & Confessionis paſchalis &c. & inter quis interrogaret, quoties Missam neglexerit; maxime cum haec Præcepta Ecclesiastica hereticos tantum *mediata* obiligent, ut scilicet prius absolvantur ab excommunicatione, per quam prohibetur Missam audire. 3. Si peccata sint forte graviora, nec nimia reprehensione castiget, nec duriori pœnitentia absterreat; potius dilaudet sui generis in confitendo victorianam.

Quæres 4. An Hæreticus tantum *mate-* **417** *rials* possit a *quovis* sacerdoti approbatu solvi? R. P. Lohn. loc. cit. Et si hoc aliqui Doctores docent; quia tamen haec res per se sat gravis est, & ex altera parte Confessarius in suo iudicio facile decipi potest, ideo consultius videtur, ut securior via procedat; Et siquidem ipse facultatem non habeat ab heresi absolvendi, pœnitentem ad Episcopum, vel *Privilegium* ableget, aut potestatem delegatam petat. Qui autem ex metu, subiacta ira aliquid contra fidem loquitur, vel externe operatur *circa* ullum *affectionem* interlocutus, ex P. Domin. Viva probabiliter non incurrit casum Bulla Coena; cum non sit propriæ heresis, quamvis sit gravissimum peccatum contra externam fidei confessionem: ita plures apud Dian. p. 3. tr. 4. ref. 140. & p. 4. tr. 4. ref. 240. Interim in foro *externo* præsumetur hereticus, & tanquam pœna hereticalis reus.

Quæres 5. Quid circa professionem fidei ab **418** heretico faciendam, observandum? R. P. Lohn. 1. Si legere possit, professionem fidei eo *idiomate*, - cuius ipse gnarus est, con-

conscriptam offerendam. 2. Testem unum, alterumque, qui professi presentes sint, exorandos. 3. Si potest commode fieri, nec ipsi profidenti ob iustas causas grave accidat, sub Sacro publico Professionem peragendam, ita, ut dum peracta *in Communione Sacerdos* absolutionem ordinari pronuntiavit, ad latus ipse genuflectat, profidente interea suam professionem recitante, & in fine digitos binos Evangelio imponente, & tunc demum Sacramentum Christi corpus à Confessario excipiente. Inde fiat amica *gratulatio*, & adhortatio ad fidem constantiam. 4. Interdum non oberit, si professio etiam scripta, & à penitente *subscripta* exigatur, sic enim tanto firmius eam ratam habebit, quanto arctius se ad eam servandam non voce duxtaxat sed etiam scriptura, & manu obligavit. Vici sim pro majori solatio *testimonium* facta Professionis eidem offerri poterit, eoque die omnis ei benevolentia exhiberi.

419 Queres 6. Quae cautela circa hujusmodi perfonas convertendas adhiberi debet? R. P. Lohn. 1. Confessarium non debere esse nimis credulum, sed variis interrogacionibus eorumdem animum, motivum, zelum, novam fidem amplectendi debere examinare. 2. Non debere esse multum follicitum de corum *sufficiencia*, aut promotione, ne magis ex his moveantur ad fidem amplectendam, quam causâ sua falutis. 3. Non debere fieri *familiarum*, sed omnino cautum, ne in private cum eo conversatione aliquid dicat, vel faciat, quod dictum postea, vel factum nollet, ubi talis, proh dolor! ad vomitum forte, Seßtamque suam redierit. 4. Nec libros, nec alia pretiosa *commendet*, ne aut hujusmodi diffirahat, vel cum his affugiat. Non sit excessivus in litteris *commendatis*, ne hominem non satis notum commandingo ipse jaeturam sue fuisse patitur.

420 Queres 7. An Hæretici ad fidem converti possint tranfire ad secundas nuptias? itaque sic dissolvere prius matrimonium? R. P. Gob. n. 10, n. 706. & hic n. 241. Ordinarie non esse dissolubilia. Ratio est: quia in obscuris inspi ciō, quod plerumque habent intentionem generalē contrahendi eo modo, quo Christus instituit, et si ex errore *privata* credant, non esse Sacramentum; ergo hæreticorum matrimonia sunt omnino *valida*, & *indissolubilia*, et si non habeant intentionem explicitam faciendi Sacramentum. Maxime si dicatur, indissolubilitatem matrimonii non provenire ex ratione Sacramenti; ut patet in matrimonii Iudeorum *utique indissolubili-*

*bus*, & tamen non habent rationem Sacramenti. Interim etiam verum est, si quis sub heresi esset tam obstinatus, ut licet sciret, Christum præcepisse, ut matrimonium ineatur cum *intentione* faciendo Sacramentum, nollet tamen, & re ipsa non haberet hanc intentionem Christi, tunc utique talis contraheret matrimonium tantummodo validum in ratione *contractus civilis*, non autem validum in *ratione Sacramenti*: cum actiones agentium non agant ultra eorum intentionem: & cum ad conficiendum Sacramentum in *Misericordia*, qualis sunt ipsi *contrahentes*, utique requiratur intentione *saltem implicita* conficiendi Sacramentum, vel quod facit Ecclesia, & ita in hoc casu *ratio Sacramenti* esset *parabili* à contractu civili ex *defectu* intentionis. 421

Queres 8. An Hæreticorum matrimonia, quia in Civitatibus Germania, ubi Concil. Trid. receptum est, permixti cum Catholicis vivunt, sunt valida, eti non fiunt coram *legitimo Parochio*, & taliibus ad valorem essentialiter requisitis? R. Cum P. Laym. & aliis apud Gob. talia matrimonia per accidentem, & ex *convivientia Ecclesiae* esse valida: Ratio autem hujus connivenzie, & dispensationis est: quia aliquoquin multa incommoda orirentur, quatenus eorum filii non essent legitimi, inhabiles ad officia &c. P. Gob. tamen tr. 9, c. 18. n. 460, conformiter ad doctrinam, quam tenet hoc tractatu c. 1. de *præscript. contra imperiale Ecclesiastis*, docet contrarium, negatque hanc tacitam Papæ dispensationem, & Ecclesiae connivenzie; adeoque tenet hujusmodi hæreticorum matrimonia falso in locis, ubi Tridentinum femei promulgatum est, esse omnino nulla & irrita, nisi per novum consensum coram Parochio Catholicō confirmantur. In fine tamen n. 471. ait, spechtandū esse *proxim locorum*, in quibus haec tenus notorie tolerata sunt matrimonia Hæreticorum tanquam valida, eti coram Pseudo Parochio contrafacta, nec post conversionem ad fidem Catholicam de novo contrahere nulli sunt, si nullum aliud impedimentum obstat.

Queres 9. An Hæreticus ad fidem converti possit tranfire ad secundas nuptias, quando matrimonium *sub heresi adhuc* contraxit *cum impedimento*, quod *tantum ex Jure Ecclesiastico dirimit*, e.g. habet uxorem hæreticam, qua est *consanguinea*, vel affinis in *tercio* vel *quarto gradu*, vel duxit eam cum impedimento criminis ex homicidio, vel adulterio prioris Conjugis &c. qua omnia tantum ex Jure Ecclesiastico dirimunt matrimonium? R. P. Gob. tr. 9, c. 1. n. 49. probabilitate matrimonium cum *tali* impedimento Ecclesiastico contractum in hæresi

ad huc, esse nullum; & ita post fidei professionem posse transire ad secundas nuptias. Rationem dat: quia haeretici nunquam possunt *preferre* per ullam contraria confuetudinem contra *hec* impedimenta etiam tantum Jure Ecclesiastico dirimenti: nam ad hujusmodi prescriptio nem requireretur tacitus *consensus* Ecclesie: atque talis nunquam potest supponi ab Ecclesia Haereticis dandus: fructu enim legis auxilium invocat, qui in legem pectus.

**424 cat. c. Bone. 23. de Elef.** ergo. Consequenter ille, qui cum sua consanguinea, vel affine in tertio gradu ex haereticorum dispensatione vel confuetudine contractis matrimonium, post ad fidem conversus potest ex mente P. Gob. transire ad secundas nuptias, nisi per *novum* confessum primas confirmare velit. Et hanc sententiam omnino certam ait, quando quis contraxit in haeresi cum tali impedimento, quod simul *Jure Divino*, & *Ecclesiastico* dirimit e.g. Si Apostata Religiosus in haeresi contra fumum votum contraheret matrimonium, postquam ad fidem *iterato redret*, matrimonium in haeresi contractum certo eset nullum. Gob. loc. cit. n. 42. In praxi laudet P. Gob. n. 52. ut confularit *Os Domini* seu Dominus *Ordinarius* circa secundas has nuptias incundas propter sententiam *contrariant* utique non improbabilem, que docet primas nuptias in haeresi contractas esse validas ex prescriptione contra impedimentum mere *Ecclesiasticum*: aut si etiam comparis conjugii hat catholica, potest ordinarius vel dispensationem petere à Sede Apostolica, vel ex gravi causa pristinum commercium permettere.

### §. XIII.

#### Quid in Confessione Religiosorum sit obseruandum.

**425** Quæres 1. An *quicunque* Confessarius possit exciperre confessionem Religiosi: R. Per se non posse ex defectu jurisdictio nis: Si quis tamen Religiosus fors in *imere* constitutus accedat, potest prudenter supponere, talem habere licentiam cuivis confitendi. Imo P. Dominicus Viva docet, *Prælatum Regularium* posse seu professe, seu pro suis Religiosis in Confessarium eligere speciale Sacerdotem tam propria Religiosum quam externum; quia Tridentinum approbationem tantum requirit relate ad confessiones *secularium*.

**426** Quæres 2. Si Religiosus probabiliter judicet, rem *præceptam* esse *illuc* e.g. manifestare crimen occultum alterius; vel puter, se esse extra jurisdictionem quadam certum casum, an teneatur tamen obedi-

re, & quid Confessario dicendum? R. Confessarium optime facturum, si respondeat, duas personas se in hac parte agere, *Patre spirituali*, & *Dotori*; ut Doctorem non posse se negare, quod si sententia probabilis plurium Doctorum apud Dian. p. 4. tr. 4. resol. 31. & tr. 3. resol. 7. & 8. in tali casu non teneri subditum obedire: ut Patrem spirituale tamen suadere, ut se Superioris iudicio, & sententia submit-

427

Quæres 3. Quenam quantitas in Religioso requiratur, ut sufficiat ad violacionem *voti Paupertatis*? R. Dian. p. 1. tr. 6. resol. 36. cum communis, camdem requiri, que in *seculari* sufficit ad *furmum mortale*. Mendoza docet, duos argenteos non sufficere ad mortale in Religioso. Rod. Sot. Arriag. ibid. cit. judicant, tunc tantummodo peccari mortaliter, cum res contra votum paupertatis ablata & usurpata ad summam *duorum* aureorum ascendit &c. Et secundum hanc sententiam, que lenissima est, poterit Confessarius judicare usum consumptibilium, cibum, potum &c. sine licentia ex Monasterio accipere, non confessari mortale, nisi etiam in his aliquis eset nimus. Unde P. Laym. putat, eum, qui singulis diebus, vel si prius quavis hebdomade in cellam vinariam descendit, ibi- que unam, vel alteram mensuram vini absumeret, brevi mortaliter peccare ipso. Videatur Dian. p. 1. resol. 30. tr. 6. item infra n. 548. 435.

Quæres 4. An, & quando accipit *commissibilita* *ab extermi*, aut alia, pecuniam &c.

fit contra votum paupertatis, & quis modus accipendi fit licitus? R. Dian. cum alii contra alios, cum qui fors apud exterrum accipit prandium, cenan, Eleucharia &c. non peccare mortaliter contra votum. Similiter, qui *non accept* donum, vel pecuniam, sed rogat id suo consanguineo, vel amico illam rem donari, non peccat contra votum. Similiter docet Sanchez apud Dian. p. 1. tr. 6. resol. 43. eum non peccare mortaliter, qui jubet pecuniam sibi donandam *depon* apud suum amicum, cuius dominium cum facultate revocandi remaneat apud ipsum *donantem* & *deponentem*, ita tamen, ut Religiosus possit, saltum *cum licentia* sui Superioris pro sua indigentia aliiquid inde petere. Similiter non peccare mortaliter Religiosum, accipiendo aliiquid sine licentia, modo habeat *annum petend* licentiam, antequam illam rem expendat, & usurpet. Dian. p. 1. tr. 6. resol. 42. Similiter non peccare mortaliter, si libros emat, sine facultate Superioris, per pecuniam sibi donatam, modo eos libros palam exponat. Dian. p. 1. tr. 6. resol. 26. & alii. Vid. n. 456.

Quæ-

429 Queses 5. Quid, quantum, & quomodo Religiosus aliquid donare possit absque mortali? R. Diana. p. 1. n. 6. refol. 21. ut Religiosi possint indeterminate donare munera, sufficere licentiam *femel* pro semper obcentam. Similiter docente plures cum Diana loc. cit. refol. 28. postea Religiosum sine licentia Prelati, ac sine violatio-ne voti suam portionem largiri aliis, saltem ex suppeditatione, quod usus non possit separari a dominio, consequenter cui conceditur usus, conceditur etiam dominium. VId. n. 451. Similiter docet Diana loc. cit. refol. 31. non peccare mortaliter Religiosum, qui leit *solum modum alienandi*, aut accipendi e. g. *clandestini* Superiori displicere, non autem esse invitum quoad substantiam, seu circa ipsam omissionem petitionis licentia, nec eam urgere, nec petitam denegare, desiderare tamen, ut petatur.

430 Queses 6. An peccet contra pauperatem, qui alteri *materiam ministranti* tantummodo suam operam scribendi, pingendi &c. gratis impedit? R. P. Mezger non peccare: modo ipsius *prima intentio* sit alteri petenti velle suam operam locare, non autem velle eidem *donare*, ut Card. Lugo notat: quia sic Religiosus non *authoritative disponit* de re temporali, sed potius alterius dispositioni tantum deservit.

431 Queses 7. An Religiosus possit alteri Missas gratis legere, vel donare? R. Hau-nold n. 9. c. 2. n. 251. Religiosus posse donare Missas Monasterio non obligatus, nec afferentes stipendum ipsi Religiosi, esto ille, cui Missæ donantur, inde per indirectum lucraret, non enim quis obligatur ad stipendum stipendum, si gratis habere possit. VId. n. 454.

432 Queses 8. An Religiosus aliquid ex *preempti* licentia accipiens teneatur postea pro ejusdem rei retentione licentiam petere, vel usum licentiae factum superiori indicare? R. Si res jam sit alienata, vel *confusa*, ad nihil teneri; secus vero si res adhuc sit *integra*: quia retentio est continua dispositio.

433 Queses 9. An Superiores non possint Religiosi concedere aliquam pecuniam, suppellectilem? R. Cum communi, posse concedere bona mobilia, vestes, libros, pecuniam *ad certos saltus usus*, suppellectilem, modo statui Religionis non repugnet; si enim aliqua nobilitiora concederentur, et si talis Religiosus non peccaret contra *proprietatem* (utpote dependenter ab alterius voluntate agens) peccaret ramen contra *paupertatem*, & statum Religionis. Similiter possunt Superiores *victum* prabere ut cetera, quae ad libros, & vestimentum pertinent, sibi aliunde compa-

rent, modo ea omnia *subfint* dispositioni Superioris, & sint ad nutum *revocabilia*.

434 Queses 10. An peccet contra votum, qui rem usurpat petendo licentiam, etiamen ei irrationaliter ex passione, & *indiscreto rigore denegatur*? R. Cum Palao & communis, adhuc peccare: quia licentia adhuc est penes Superiorem: Et alias queretur dissolutio discipline; quia quis visi sibi perluderet ex passione, aut malo zelo sibi licentiam denegari.

435 Queses 11. An *minimæ* acceptiones à Religioso fine licentia factæ coalescant in *unam* summam gravem, sicut contingit in furtis minutis? R. Cum Card. de Lug. tr. de just. feit. 8. n. 181, tales acceptiones rerum ad Religionem spectantium, si non procedant ex intentio deveniendi ad summam *gravem*, ordinarie non coalescere: quia *gravitas Sacrae* non tam defum debet à gravitate damni illati, sicut in furto, sed potius à *dissolutione* & detimento *discipline* Religioso. Et confirmat hoc ex præxi confessiorum, qui Religiosos sepius se de culpis levibus contra paupertatem accusantes non monent de peccato gravi propter lapsus repetitos. P. Sanchez docet, hujusmodi minute acceptiones coalesce-re in summam gravem in *pecunia*, utpote circa quam Superiores communiter centent esse magis inviti, non vero in escutensis, & poculentis. P. Ininger docet, has minutæ acceptiones coalesce, si accipiuntur absque omni licentia ex bonis *ipsum Religiosus invita*, & ita sint contra *paupertatem*, & contra *justitiam*; non autem si accipiuntur ab externis ultra *hac donantibus*, & non invitis, & ita sint tantummodo contra *licentiam*, habeantque tantum rationem Sacraelegii contra votum, non rationem fur-

436 Quares 12. An Cellarius e.g. possit fine peccato proprietatis sibi detrahere ex quotidiano vieti & inde pecuniam comparatam in alios suos usus pro libitu convertere? R. P. Ininger negative: quia similia non dantur Religiosis ad *usum* quemcumque promiscue sed ad *usum determinatum*, consequenter omnis alius usus est Superiori involuntarius; alias posset Religiosus etiam vestes meliores vendere contentus interea vitoribus, quod sine abfurdo dici non potest.

Quares 13. An Religiosus, cui Superior concedit Imagines, Rosaria &c. hoc ipso etiam habeat licentiam ea donandi aliis, aut quoconque modo disponendi? R. P. Ininger affirmative: hac non dantur, ut serventur, sed ut pie expendantur, sive in faculares, sive iterum in Religiosos.

Quares 14. Quid possit Pralatus Regu-laris respectu suorum subditorum Reli-

Suppl. theol. Mor. R. P. Schnell.

437 S gioso-

giosorum? R.P. Domin. Viva, posse velut ordinarios Pastores ex vi sui munericis subditos suos ab omnibus iis culpis, censuris, ac penitentia Ecclesiastica absolvere, & in iis omnibus dispensare, in quibus possunt Episcopi cum suis subditis: ex Decreto pii V. & ex cap. *Abbas de privileg. in 6.* ubi omnibus Praelatis Regularibus quasi Episcopalis iurisdictio competit, ita, ut juxta P. Suarez tom. 2. de Rel. I. 2. c. 39. quidquid iure communii in hoc genere Episcopi possunt circa suos subditos, etiam Praefati Regulares possunt circa suos e. g. dispensare in fessis quoad opera servilia, in recitatione *Breviarium* tempore morbi, & ubi etiam *dubitauerunt* tantum posse totum, vel partem sine gravi detimento recitare: ex P. Sanchez apud Carden. item in gravi tecido, aut alia difficultate; similiter in ieiunio, & cibis vetitis, dispensare in votis, modo non sint in praedictum tertii, relatare juramenta. An vero vi suorum privilegiorum possint dispensare in omnibus irregularitatibus ex *dilectio occulto* provenientibus, aut etiam ex publico vide Dian. p. 7. tr. 11. resol. 41. item Theol. nosf. Mor. Part. 3. n. 622. & seq.

**439** Queres 15. An Religiosus *valide* possit applicare Missam *contra* intentionem sui Superioris? R.P. Matthaeucci negative, ita, ut Superior possit in foro Dei illam contrarium applicationem sui subditi irritare; quia subditus per obedientiam aligat suam voluntatem voluntati sui Superioris quantum ad ea, qua rationabiliter possunt dependentiam habere a suo Superiore, & pro quibus ipse possit subditum nomine suo substituere: alias fideles possent rationabiliter dubitare, an non Religiosi ex malitia, vel alia passione non satisfaciant Superioris voluntati, & applicationi. *Sententia contraria est probabilius, ex dictis in Theol. nosf. Mor. Part. 4. n. 430.*

#### §. XIV.

##### Quid in Confessione Monialium sit observandum?

**440** Queres 1. An Confessarius possit absque repetitione peccati certi ex antiquis absolvere monialem, que constitutet meras imperfectiones materiales e. g. non parere Divinis inspirationibus, non accurate servare modestiam, manu factudinem in omnibus, exiguum (quamvis *sufficiat* sufficiens,) preparationem afferre ad confessionem, communionem &c. non observare Regulam, eti per se sub nullo peccato obliget, non præfigere bonum finem actibus indifferibus? R.P. Gob. etiam supposito, quod

imperfectiones morales non sint proprie peccata, quia tamen in iis latet aliquod peccatum in sententia Thomistarum, que jubet omnia opera indifference ordinare in finem bonum, *hac ratione* jam possunt esse materia sufficiens confessionis: ita plures apud P. Gob. tr. 7. cas. 15. n. 510. Hinc est materia sufficiens confessionis ipsa *tra. justa* quidem, vehementer tamen & importunior, quam deberet esse. Similiter, ait Dicast. apud Gob. *vix* unquam contingit, ut persona *Religious* sciens, volens regulam transgrediatum in cau, quo obligat, quin aliqua intercedat *deordinatio* voluntatis ad aliquid non fatis conforme reæ rationis, aut prudentias, aut decencia operantis, & moveatur ad id, non ex honesto, sed solum jucundo objecto *secundum sententiam*: atqui moveri solâ jucunditate, seu voluptate *seculi*, est juxta Doctorum plurium opinionem peccatum, & nominatum quando *Religious* suam Regularum non servat ex fine non fatis honesto. Accedit, 441 quod nonnulli Doctores apud P. Suarez negent, *generatim* *falem* transgressionem Regule posse esse *fini omni peccato*, e quod membrum cuiuscumque communis oblietur in conscientia ob conformitatem partis cum toto, servare statuta sue communis. Hinc persona *Religious* potest absolviri, eti nihil aliud confiteatur, quam transgressionem *voluntariam* unius aut plurium Regularium factam eo cau, quo obligant. Quia tamen *sepe* contingit, ut conscientes hac ministrula *non cogitarent* tunc, cum operabantur, de ullo periculo peccandi, sed primum *post peractam* actionem conscientia ipsi dicit, fuisse omissum *advertiser* quod omissum non erat: Hinc ait P. Gob. se pro majori securitate petere, ut addatur aliquod peccatum ex antiquis, nec permittit *integrum* harum *imperfectionum* catalogum pertexere, ut tempus aliquanto melius impendatur tum à penitente, tum à Confessario. Diana tamen cum aliis p. 3. tr. 1. resol. 66. ait, hanc *repetitionem* antiqui peccati non esse necessariam; cum enim plerisque de his, & omnibus *aliis* antiquis peccatis dolere se, & petere absolutionem dicant, jam habetur materia sufficiens absolutionis, cum veniale *sub ratione communii* propositum juxta plures apud Dian. loc. cit. sit materia sufficiens absolutionis.

Queres 2. An Monialis mortaliter peccasse judicanda sit, quando tentationi constanter quidem restituti facetur, negligenter tamen, & tepide? R.P. Gob. tr. 7. cas. 7. n. 330. talen tantum venialiter peccasse: ita Sanchez lib. 1. moral. c. 1. n. 15. loquens de quavis tentatione: & hanc sententiam extra controversiam esse veram ait

ait P. Suarez apud Gob. si intelligatur de negligientia subreptitia & *antecedente* plenam judicis & rationis advertentiam. Addit Sanchez loc. cit. n. 13. non peccari *mortaliter*, et si quis plane *deliberate* negligat superimere *motus sensualitatis*, modo non sit *periculum* illos motus *postum* approbadri per *consensum*: & hanc sententiam, ait Gobat, esse probabilem, & Confessariis sepe utillem. Subdit Palau: cum hi motus à natura proveniant, & quidem longe fallimne exurgant in plurimis hominibus, sitque *impossible* omnes coercere, aliquos difficillimum, non est credendum de Divina Bonitate, quod salutem hominum pendere voluerit à *conatu* illos reprimendi sepe *inuidi*, fere semper, aut difficillimo, aut perquam difficili. Unde deducit P. Gobat loc. cit. non esse damnamandum peccati mortalis, qui per actiones, quantum est ex *se*, vel nullo modo turpes, vel tantum leviter dat occasionem his motibus, nec statim ceflar, dummodo non sit *periculum* consensu. Suadunt tamen est *vitatio* talium actionum (quaenam nepte sunt occasio harum motuum) quad fieri potest commode. Addit P. Gobat tr. 7. cap. 7. n. 338. quando mibi obtingit penitentes, quem novi horree peccata mortalia, si talis confiteatur, se turpi cogitatione habent adjunctum motum turpem *negligenter refusisse* bis vel ter, presumo negligentiam non fuisse *mortalem*, nec ulterius interrogabo. At quando novi, esse valde *lubricum*, presumo negligentiam fuisse *mortalem*, sine scrupulo examine, an illa negligenter habuerit complacentiam in ea voluptate.

444 Quid 3. An Monialis *graviter* peccet non obediens sive Praeposita in virtute *obedientiae* aliquid precipienti? R. Ex P. Pellizaro cap. 4. scilicet 3. eti Praeposita, utpote incapax omnis potestatis spiritualis, & habens tantum potestatem civilem & domesticam, non possit proprie precipere aliquid in virtute *obedientiae*; quia tamen hoc modo ostendit, se velle uti sua potestate *quacunque*, quam habet in Moniales, non obediens utique graviter peccaret, si alias ipsa res praecipita sit ex suo objecto vel fine *gravis* e.g. ad pacem & bonum politicum communisatis servandum.

445 Quid 4. An Monialis teneatur obdire etiam cum periculo *vite* e.g. ad inservendum peste infectis? R. Pellizarus ex communi Doctorum affirmative: quia hoc ad bonum regimen, & conservationem Monasterii spectat, nisi forte esset persona carteris utilior, & Monasterio admodum necessaria, & hujusmodi servitium per aliam minus necessariam aut *fortioris* naturae haberi posset.

Quid 5. An Monialis peccet mortaliter non obediendo in re *levi* quidem, praescepta tamen sub culpa *grave*? R. Pelliz. peccare mortaliter, si res sit solummodo levis *secundum se*, respectu tamen *disciplinae* Regularis, pacis, utilitatis &c. sit *grave*, & tanta obligationis capax. Aliud esset, si talis res praecepta semper maneret levis tam secundum le quam respectu finis intenti. An autem rem *graveam* Superiori post prohibere, vel praecepere tantum sub culpa *levi*? utrinque stant Doctores.

Quid 6. An in *dubio* teneatur Monialis obdiren? R. Pelliz. teneri, si dubium sit, an res praecepta sit licita, vel non; quia tunc posse est pro Superiori: non autem teneri, si dubium sit, an Superior sit legitimus; tunc enim posse est pro libertate subdit. Alii tamen suadent submissionem etiam in *hoc casu*, aut saltem, ut interius consulat virum prudentem.

Quid 7. An Moniales non obstante voto paupertatis possint retinere *annos redditus* ex bonis parentum assignatos. R. Pellizar. possit retinere: modo tales sint moderati, à *licentia* Superioris *dependentes*, & *revocabiles*: Imo ipsum Monasterium possit obligari ad talem pensionem annuam, *damdem* Monial, dependenter tamen a iussu Superioris.

Quid 8. An Monialis absque violatione paupertatis possit ab *extraeo* accipere librum, vel aliis supellectilibus ea conditio, ut *nulla* alia possit iisuti? R. Pellizar. hoc in rigore non esse contra paupertatem; quia tamen praedicatur vita communis, hic abusus permitti non debet.

Quid 9. An Monialis salva paupertate possit acceptare *legatum* ea conditione ipsi reliquum, ut si Superior renuat talia Moniali usum rei legatae, hoc ipso legatum amitteratur à Monasterio, idque in pensionem denegati usus? R. Pellizar. possit, modo fiat cum licentia Superioris. Ubi subdit: si Superior in *fraudem* tantum concedat usum rei legatae, siue dum legans sit mortuus, ac res Monasterio acquista, utique amitteretur legatum; quia voluntati testatoris contrariantur.

Quid 10. An Monialis possit ex rebus *fibi* ad usum conceisis e.g. cibo, potu, vestibus parciissime vivendo aliqua fibi subtrahere, & dare pauperibus, amicis, confanguineis? R. Pelliz. in praxi non possit: quia Religiosus non potest esse Dominus, nec usufructarius, sed usuarius *tantum*: usuarius autem tantummodo habet usum pro se, nec potest eum cedere alteri; cum hoc sit proprium Domini, & usufructuarii. Ubi Dian. qui ex suppositione, quod usus non possit *separari*

S 2 à do-

- à dominio, contrarium tenet, suam sententiam limitat, nisi Praelatus ex causa rationabilis ad vitandum excessum & abusum Religiosorum, vel propter paupertatem Monasterii circa tales largitiones preceptum, vel censuras in contrarium impoñisset.
- 452 Quares 11. An Monialis possit extraneo facere *texturam* quamdam artificiōam? R. Pelliz. posse ex licentia Superioris, & subministratā aliunde materia, secus non posset: quia Monasterio subtraheret *lucrum* alias ex opera Monialium Monasterio acquirendum.
- 453 Quares 12. An Monialis salva paupertate possit *inſcio*, aut *invito* Superiori remittere parentibus, tutoribus, vel amicis *anum* portionem sibi ex pacto debitam? R. Pelliz. non posse: quia remissio illa est species *alienationis*, qua est Religiosus interdicta: & quia quidquid acquirit Monachus, Monasterio acquirit, talisque remissio est quādam donatio: constat autem, Religiosus non posse sine licentia donare de bonis Monasterii, quamvis ipsius *usu* concessis: Imo nec potest *mutuus* datum alteri Moniali *propria* autoritate remittere; quia saperet dominium, & independentiam.
- 454 Quares 13. An possit Monialis salva paupertate rem sibi *oblatum* procurare, ut detur alteri tertio sibi amico? R. Non posse, si rem sibi oblata expresse, aut tacite semel *acceptaverit*; quia sic iam effet res oblatā Monasterio acquisita, consequenter absque licentia Superioris non alienanda. Si autem non accepteret, bene posse procurari, ut alteri res oblatā donetur; quia sic fit tantum inercitio.
- 455 Quares 14. An Monialis habens licentiam expendendi summam aliquam in usus aliquos *determinatos*, possit absque licentia *nova* eam summam applicare ad *alium usum*? R. Non posse; quia hoc faceret ex propria voluntate: nisi possit *transfere* licentiam Superioris aquae extendi ad hunc quam alium usum.
- 456 Quares 15. An Moniales possint recipere aliqua ad *proprium usum*, reliquo dominio penes dantem? R. Pelliz. posse, si ex *licentia* Superioris usum ei accipiat reliquo dominio penes dantem, idque, et si Religiosus consulo faciat, ne res accepta sibi auferatur a Praelato, aliquis Religioso detur, vel applicetur communiciati: quia sic nullum dominium sibi usurpat, sed tantummodo usum, & hunc ex *licentia Superioris*, ut ponitur. Addit Sanchez l. 7. mor. c. 21. n. 50. non esse contra paupertatem, qui *sine licentia* Superioris ab aliquo petit, ut pecunias *deponat* apud certum hominem, non habens voluntatem ullum
- 457 jus acquirendi in illas, & *totum* illud relinquens apud dantem cum libera facultate illas repetendi, soluunque intendens habere *opportune* pecunias, & ex quibus, cum indiquerit, de *licentia* Superioris accipiat necessaria, non alias accepturus. Imo idem sentit, et si pecuniae apud ipsum Religiosum deponebentur, has mere habet tanquam *depositarius*, absque animo eas acceptandi *sine licentia* fui Superioris. Idem est, si Religiosus petat tantummodo pecuniam ab altero absque animo eas acceptandi *sine licentia* Superioris. Similiter, si actu pecuniam petitam accipiat cum animo eam restituendi, si Superioris licentiam negaverit.
- 458 Quares 16. An Monialis possit res ad usum sibi concessas alias *extranes* mutuare? R. Pelliz. non posse absque licentia Superioris, nec sibi invicem, multo minus extraneis: quia Religiosus est merus usuarius, conqueanter non potest alteri usum rei concedere absque licentia Superioris.
- Quaeres 17. An Monialis sine licentia polispermuare res sibi ad usum concessas? R. Pelliz. per se non posse: quia actus comutandi est actus dominii. Interim potest *præsumi licentia* Superioris; cum talis comutatio non sit proprie distractio, aut consumptio, hoc ipso, quod similia, aut *æqualia* inde recipiantur, & ita Superior non est invitus quoad substantiam, sed tantummodo quod ad modum.
- Quaeres 18. An Monialis peccet, si absque licentia *recusat* res sibi donandas? R. Pelliz. non peccare; cum ex voto non tenetur acquirere, sed solum non alienare: peccaret tamen contra charitatem; cum linea *justa* causa impeditat bonum Conventus, cui res illa donata fuisset per acceptationem acquisita: potest autem justa causa recusandi esse, ne putetur habere effectum, vel nimiam familiaritatem cum externis.
- 459 Quaeres 19. An Monialis possit absque licentia recipere aliquid ab altera Moniali eidem Superiori subjecta & habente licentiam dandi? R. Pelliz. per se requiri novam licentiam ad accipiendo; cum ista sint diversa, & Superior auferens impedimentum ex parte *dantis*, non hoc ipso, & per se auferit impedimentum ex parte accipientis. Alii tamen putant, Superior rem in *hoc* casu auferre impedimentum ex parte *atriusque* Monialis sibi subdita. Vid. n. 437.
- Quaeres 20. An Monialis habens ultramque licentiam dandi, & accipiendi possit absque *nova licentia* rem vendere, vel emere? R. Lug. apud Pelliz. affirmative: si enim ablatum est impedimentum abdicandi dominium

minium pretii, & acquirendi dominium rei, jam votum paupertatis non obstat, quominus fiat *contritus* emptionis & venditionis: totum autem impedimentum est ablatum per licentiam dandi & accipendi: ergo non requiritur alia *nova* licentia ad hos contractus. Modo non fiat species *negotiationis*, que speciale indecentiam haberet.

**462** Quares 21. Quomodo Monialis res Monasterii *absque* licentia dispensans, possit, & debeat eas restituere? R. Pelli. Si Monialis non habeat aliqua ad usum annuos sibi concessa, per que faciat restitucionem minus proprie dictam, tenetur *vel* plus labore, *vel* sibi ex concessis aliqua minus necessaria subtrahere, *vel* saltem inducere *eum*, cui dedit, ad restitucionem faciendam; cum aliunde talis res non sit facta *ili* propria, utpote data ab ea persona, que non habet facultatem dandi.

**463** Quares 22. Quale propositum debeat facere Monialis, jvel quecunque persona devota *sepius confitens*, circa venialia, in que quotidie relabitur? R.P. Sporer: Propositum hoc etiam circa venialia debere quidem esse *efficax*, & *firmum*, non tamen debere esse *universale*, & ad omnia venialia confessio se extendens, ne periculum sit, illud non esse ita efficax; cum experientia monitret, propositum quo est universalius, eo effe minus efficax. Suader igitur P. Sporer pro anima fructu, ut propositum formetur tantum de uno vel *altero* peccato veniali, quod nos *magis* gravat, aut quod facilius evitare possumus, *vel* saltem de *frequenti*, *vel* *numero* deinceps diminuendo; aut affteratur unum ex *jam* pridem confessis, ad cuius detestacionem sentimus nos magis dispositos. Videantur dicta p. t. §. + quaf. s. a n. 52.

### §. XV.

**464** Quares 1. Quomodo *Scrupulosi* agnoscit posse ut talis? R. P. Lohn. agnoscit posse vel ex *irrationabilis* formidine, si quis seipsum interrogans, que sit causa anxietatis, nullum argumentum inventiat; vel posse agnoscit ex modo orandi; vel ex assiduis reflexionibus cum anxietate, & timore peccati super actiones suas: vel ex crebra *dubitacione* etiam in rebus claris: vel ex modo confitendi dubio & perturbato.

**465** Quares 2. Quomodo Confessarius erga *Scrupulosos* in genere se debeat gere? R. P. Lohner. 1. *Mitiores* sententias esse amplectendas. 2. *Scrupulorum* esse aman-

ter excitandum, ordinarie saltem; si enim tantum in *una* materia sint *scrupulosi*, cetera laxi, non semper sunt foventi, sed austera aliqua ostendenda. 3. Dicendum ipsis *refulatoriis*, hoc facias, hoc omittas &c. in hoc procedas secure. 4. Prohibeat Confessarius confessionem de peccatis *preteritis*, & horum omnium oblivionem imperet, nec admittat confessiones generales. 5. Nullo modo permittas, ut de *scrupulis* suis & dubiis confiteatur, sed ea *solum*, que *evidenter* & manifeste sit se fecisse. 6. Interdum, si aliam materiam praeter *scrupulos* non afferat ad confessionem, *fine* *absolutione* ad S. Evcharistiam mittat; quidquid opponat *poenitens*, dubitate *fei*, an hoc, *vel* illud peccatum exprefit, non credat, sed inhibeat intempestivas repetitiones prateritarum confessionum. 7. Suadeat & urgeat, ut agat *contra* *scrupulum*, eumque contemnet. 8. Dubitationem ejus semper in *meliorem* partem interpretetur. Lohn. n. 189. 9. Praescribat ei certas *regulas*, quas in operando, & confitendo attendere debeat.

**466** Quares 3. Quanam sint regulae, per quas *scrupulosi* se dirigere possunt? R. P. Lohn. cum variis Doctoribus assignando varias. 1. est: Nec Deus, nec Ecclesia vult obligare ad id, quod *vis* est possibile; in lege autem nova moraliter impossibile habendum est, non tantum *quod* absolute fieri non potest, sed etiam *id*, quod *natura* difficultatem involvit. 2. Non censendum est legislatorem offendere, qui secundum illius *mentem* agit, et si non agat secundum verba legis ab eo latet, aut eam benignius interpretetur. 3. In dubiis vita communis, *sensus* proborum hominum per regulam vivendi potest haberi; unde quod illi absque formidine peccati agunt, *scrupulosi* non tantum potest, sed interdum debet sequi. 4. In iis, quae ideo mala sunt, quia prohibita jure *humano*, ex*cusat* confuetudo rationabilis, & scienter tolerata. 5. Precepta affirmativa, & positiva non secundum rigorem, sed secundum Epychiam sunt interpretanda. 6. In quovis casu is, qui omittit facere, quod lex proponit, excusari potest a mortali, si bona fide, & absque contemptu iusta ex causa existimet, se non peccare mortaliter ea omissione, non omisfurus, si peccatum esse putaret.

**469** Quares 4. Quomodo argumenta *scrupulorum* sine revertenda? R. P. Lohn. illius dicti ex S. Greg. *bonarum mentium est, ibi etiam culpam agnoscere, ubi non est, sensum esse, bonas mentes tempstive pravidere culpam, antequam committatur, ejusque occasiones vitare*. Ad illud autem, si moris proximus essem, non audirem cum hoc *scrupulo* mortis.

T

Suppl. Theol. Mor. R. P. Schne.

**74** mori, plures ajunt, etiam in illo articulo scrupulum esse contemendum, & se Divina Bonitati committendum. Deinde plura in illo articulo obligant e.g. Sacramentum Eucharistie sumere, & probabilititer contritionem elicere, que tamen extra hunc non obligant. Nec illud, qui *anam periculum peribit in illo*, hic locum habet; cum talis, qui Regulas Doctrorum & proborum cum sui resignatione sequitur, non amet periculum.

**470** Quares 5. Quid cum iis faciendum, qui de peccatis *jam selen explicatis* anguntur? ne forte et non fatis explicari? R.P. Lohn. Confessarius hic primo prohibeat serio omnem confessionem *generalē*, imo eorumdem omnino modam oblivionem imparet, etiamsi non meminerint, scilicet illa fulse confessio: nam *nou memuisse* non est rationabilis causa dubitandi, ut Theologi ajunt, cum nec aliorum factorum nostrorum omnium semper meminerimus. 2. Ostendat illis, quam secure possint omittere talium peccatorum confessionem; cum plurimi doceant, id facere posse, & debere: Deinde: dubium in conscientia scrupulosa apud alias fit moralis certitudo: & tandem, eti aliquia non est confititus, non tenetur tamen cum tanto suo *incommode* omnino modam confessionis integratatem procurare, utpote à qua minores sape difficultates excusant.

**471** Quares 6. Quid cum iis faciendum, qui *in ipsa confessione* anguntur, ne forte sua peccata non latis explicant? R.P. Lohn. his dicendum, confessionem non esse carnificinam, sed in foliatum institutum, & consequenter sufficiere diligenter *medocrem*; hinc ea tantum peccata scrupulorum confiteri debere, que manifeste cognoscit esse peccata, ut plures cum Laym, Valsquez, Sanchez volunt; imo ea tantum juxta P. Tanner, que fecisse se *jurare* possit. In dubiis peccatis non facile credatur illis; sed interdum (si aliam materiam præter scrupulos non afferant) sine abolutione dimittantur, ut sic discent plures facere obedientiam quam stolidas suas observationes. Lohn.

**472** Quares 7. Quid cum iis faciendum, qui timent, ne *confitentiam* in malas cogitationes dederint, & morose sint delectati? R.P. Lohn. His dicendum, quod plures Doctores tradunt, ut scilicet scrupulorum nunquam credit, se mortaliter peccasse, nisi *evidenter* & *certe* sciat, imo & *jurare* queat, se mortaliter peccasse: nam tanta est mortalitas peccati malitia, ut vigilem latere non possit, nec teste Richard. à S. Vict. committi queat sine gravi corruptione sui, sine gravi laetione proximi,

sine magno contemptu Dei: quis ergo credit tantum damnum, tantamque laetionem mox corrigi, & omnia reficiu in integrum &c. Alvarez ait, confessum in peccatum tam impium esse, ut si quis *statim* post factum dubitet, an deliberate confenserit, vel facti statim poneat, probabilititer judicare possit, se *non* confessisse; cum non soleat animus à Deo aversus tam subito ad Deum converti. Deinde dubia de *proximo* nostro nobis occurrerent debemus in *meliorem* partem interpretari, cur ergo non idem privilegium scrupulofus usurpare possit in suam etiam favorem, & dubia sua in meliorem partem interpretari?

Quares 8. Quid cum iis faciendum, qui **473** in *horis canonicae* scrupulos patiuntur? R.P. Lohn. hos esse docendos, quod, eti communior & verior sit sententia etiam *internam* attentionem requiri, probabilis tamen etiam, & quam tuto juxta P. Laym. Lessum sequi possumus, sit sententia Navorii, Less. Laym. &c. qui nullam *internam*, sed tantummodo externam requirunt, quia scilicet omnem actionem *incompribilem* cum interna attentione excludat, licet quis *animis voluntarie* dilrahatur; quanto minus ergo *involuntarie* dilrahatur, quales plerunque ejusmodi scrupulofus patiuntur, obstabunt obligationi recitationis.

Quares 9. Qualis exhortatio scrupulofus facienda? R.P. Lohn. hanc debere **474** esse de bonitate Dei, & fiducia in Deum concipienda, obedientiam Confessario praestandā &c. quodsi haec non proficiant, acris increpandi, & arguendi, nempe hujusmodi pertinaciam non nisi ex occulta superbia oriri. P. Segn. in *Instrukt. Confessar. c. 13.* ita loquitur: Instrue scrupulofum, non ipsi tantum incumbere obligationem, quantum habent, qui sunt conscientia pacata atque serena, ideoque ei sufficere brevis examen pro confessione, quam si non esset scrupulofus, præsertim circa *cogitationes*, de quibus etiam aliquando illum prohibere potes, ne se accuset (ubi judicabis te certum de sinceritate informationis) sed sollemmodo accuset se de his, que prorumpunt in actum exterrum, seu lingue, seu operis. Hinc eti **475** per talen obedientiam remaneret culpa, que si esset cognita, in confessione esset exprimenda, nulla tamen illius habenda est solicitudine; quia non tenetur procurare tanto cum incommodo suo *integritatem materialē*: que *ratio valet*, cur quoque eum possit obligare, ne confiteatur ordinariae illum peccatum *dubium*, sed ea dantaxat, que juramento possit asseverare. Et in præscribendis his Regulis magna est liberitate procedendum, nullo ambiguitatis, aut

aut hæsitationis editio signo &c. Juvat proinde easdem tradere manu tuâ scriptas, tum ut sic tanto magis ostendas te liberum & sincerum; tum ut propicias necessitatibus futurâ: scire enim oportet, tales successus temporis in eam prolabi animi *confusionem*, ut dubitent de eo, quod sibi prescriptum esse certo nôrunt, tunc relectâ eâ chartâ, quam secum retinente, omnem deponant dubitationem, cum minus timoris relinquat id, quod cernitur oculis, quam quod auditur: ita P. Segneri.

## ſ. XVI.

478 Quæres 1. An generales confessiones omnino concedenda? R. Has non esse concedendas, nisi qui *defectum* seu in integritate, seu in dolore, seu in proposito &c. commiserunt. Scrupulosis autem omnino non concedenda; quia sunt occasio majoris perturbationis; sicut nec iis, qui totâ vitâ luxuria erant dediti, modo semel hac peccata expiarint: cum fatius sit semel feria harum rerum confessione facta turpitudinem non amplius meminitisse, quam harum recordatione sibi sensuales motus caufare. P. Lohner.

479 Quæres 2. An sit de necessitate, ut confessiones generali præmittantur particularis ab ultima confessione peccatorum commissione explicatio? R. Quamvis praxis ita obtineat, probabilis tamen est sententia Laym. Sanchez, hoc non esse necessarium, cum circumstantia illa, quod peccatum ab ultima confessione commissum nunquam adhuc sit *confessum*, non mutet speciem, nec aggraveret, nisi forte peccata post ultimam confessionem commissa essent reservata, in qua Confessorius non haberet jurisdictionem hic & nunc, aut nisi talia peccata de novo commissa indigent speciali pœnitentia, seu mere vindicativâ, seu medicinali; tunc enim omnino hac peccata nunquam haec tenus confessio lectorum essent explicanda, maxime si Confessorius interroget: ita P. Gobat tr. 7. cap. 1. 8. in append. ante n. 586.

480 Quæres 3. An omnia mortalia jam semel confessi debeat iterum singillatim explicari tam quoad speciem quam quoad numerum? R. Negative: nisi forte in Religiosis, apud quos sine tali explicatione finis, ob quem generalis confessio à fundatoribus præcepta est, nempe directio & auxilium particolare pœnitentis, non habetur. P. Lohner.

481 Quæres 4. Quis sit modus *jurandi* pœnitentem, & ejus integratatem supplendi, si

forte se ipsum satis examinare non possit? R. Confutius videri examen per decem præcepta *Decalogi*, quam per specula, ut vocant, confessionalia, quæ subinde magis perturbant, indagando, quid contra ea, *cogitatione*, *verbo*, & *opere* commiserit. Et quidem

Contra 1. Præceptum: An in rebus dei *hostiavent*, vel aliquem articulum omnino negaverit cum scientia, & pertinacia? An diffidentiam in Christum, & bonitatem Dei habuerit? an in donis à Deo acceptis superbièr? an contra Religionem, res Divinas irreverenter tractâr? an superstitiones in curandis animalibus adhibuerit? an Sacra menta cum debita reverentia, & preparatione suscepiter?

Contra 2. Præceptum: An Deum, & Sanctos blasphemaverit? an temerario jura mento, vel perjurio Deum offendit? an non votum Deo vel Sanctis factum violaverit non exequendo? an contra Deum murmuraverit, eum injustum esse, quando res non ex voto succedunt? an se votu, vel juramento obligaverit ad vindictam sumendum; quod tamen votum, vel juramentum non tener? an per animam sumam jurarit falso, & scienter?

Contra 3. Præceptum: An diebus festis per se, vel per suos serviliter laborâr sine justa causa? an Missam audire culpabiliter omiserit, aut sub illa per notable tempus garrire, distractus fuerit? an *jejunia* debite servarit? an Sacra menta *indigne* & fine debita devotione suscepiter?

Contra 4. Præceptum: An Superioribus suis, Parentibus &c. debitam reverentiam, & obedientiam præstiterit? an corundem ordinacionibus non obmurmurâr? an uxor marito obedierit in rebus ad statum matrimoniale spectantibus? an Parentibus mortem imprecatus ob spem hereditatis, prædi? an in matrimonio ineundo iis obedierit? an *egentibus* & in necessitate constitutis subvenierit auxilio, confilio, labore?

Contra 5. Præceptum: An proximum suum *cogitatione*, id est, odio, invidia, temerario iudicio, suspitione offendit? an eum laeserit *verbis*, seu maledictione, contumis, irrisione, detractione, consilio, jussione, discordiarum seminatione? an non *opere*? an non percusserit, multularit, occiderit, damnum in bonis fortune, honoris intulerit, scandalizaverit? an non debitam filiorum educationem, domesticorum correctionem neglexerit? an non ebrius fuerit? an gavitus morte, infirmitio sui inimici? delectatus vindicta? an doluerit de aliorum prosperitate? an alias ad peccatum induxit, verbis hortanti, malo exemplo? an inimicitiis foverit, ignorare

ignoscere noluerit, communia signa amicitiae negaverit? an vindictam quæsierit? an causa abortus fuerit? an se deliberate inebriaverit? vel causam alii se inebriandi dederit?

Contra 6. & 9. Praeceptum: An non impuras cogitationes voluntarie accerserit, morose illi inhaerent, confusum prebuerit? an verba lacivis cum voluntate peccandi, vel delectatione, vel scandalo protulerit? an non contra castitatem peccari operi, tactibus, oculis &c. An fidem conjugij servarit? An peccato mollitiae secum ipso in somno, vel post somnum peccarit? An peccato Sodomie masculum cum masculo, feminam cum feminam? an peccato bestialitatis? peccato incestus cum consanguineis, vel affinis, & quidem in his usque ad 4. gradum inclusive peccarit? An peccato adulteri? an peccato Sacrilegi cum Sacerdotibus, Monialibus? An mala defensio peccandi habuerit, specificando personas, circa quas? An cantilenas turpes cum scandalo, vel animo aliis ad libidinem provocandi &c.

Contra 7. & 10. An neminem desiderio, vel opere ipso defraudari? An nihil alieni etiamnam retineat? an fraudem in emendo, vendendo commiserit? An aliis ad dannum cooperatus sit auxilio, confilio &c?

Contra 8. Praeceptum: An non mendacium perniciose protulerit? promissum non servaverit? aut falso corde adulatus fuerit? An rem occultam aliis cum alterius infamia revelarit? an rem incertam velut certam affirmarit? An peccatum certum quidem, & ab aliis auditum ex officio, vel invidia manifestari? An interrogatus legitime veritatem non dixerit? seu cum, seu fine damno proximi?

483 Quæres quid de penitentia, & exhortatione? R. Penitentiam ordinarie leviori esse imponendam, hne idem bis puniatur, nisi forte nova peccata nunquam haec tenus confessi addantur. Exhortatio hic magnopere adhibenda est, cum via unquam penitentis magis dispositus sit ad gravitatem suorum peccatorum agnoscendam, bonitatem, conniventiam, misericordiam Dei magis dilaudandam &c. Proderit quandoque unum ex confessis viatum feligere *specialiter* deinceps debellandum, ad quod Confessarius remedii prescribet; sponeat etiam suas preces in emendationem penitentis confirmandam; & sic teste P. Lohner non modice, in Domino recreatum dimittet.



## APPENDIX I.

Sententia communis Theologorum circa materiam Detractionis Famae.

Poteſt quis crimen notorium ſeu notoriitate *juris*, ſeu facti in uno loco, vel civitate, etiam maniſtare neſcien- tibus in alio loco, vel civitate: Quamvis enim talis adhuc fit in poſſeſſione ſue famæ apud ignorantes ejus delicta, hoc tamen precario tantum fit; nec potest prudenter sperare attentis circumſtantis hominum inde & inde accedentium aquecedentium, rem ultra non eſſe eval- gandam. Maxime quia intereft Reipubli- ca, ut ſciantur ejusmodi *ſacrorum*, ut ab hiſ alii ſibi cavere poſſint. Poeteſt tamen per *accidentem*, & ex alio capite hujuſmodi maniſtatiſ fieri peccaminofia, ſi ne- mpe fiat non ad cavendum Reipublica dampnum, aut in cautelam aliorum, aut ſui deſcenſionem, ſed ex mero odo, & malevo- lentiā, aut vindicta, quam gerio in talem ho- minem; quod pro praxi bene notandum eſt. Similiter docet Card. Lug. in tr. de Jure & Iuf. Domestici ordinarie non eſſe licitum res domi geltas *alii* maniſtare &c.

An autem mortaliter peccet, qui deli- 485 cūm alicuius *omni publicum*, modo autem oblivione deletum, novicer maniſtare, utrumque eft probabile &c. Interim ſi talis no- va propalatio non eft contra iuſtiſiam, or- dinarie tamen fit ex odo; & ita eft contra charitatē.

Illi, qui audita refert, ut *audita*, nullo certo authore, ſed ex vulgi rumore, ordinarie tantum peccat venialiter: quia hujuſmodi narratio *incerto authore* tantum cauſat in audiencib⁹ *dubium*, vel *ſufpicionem* de malo; qua tantum venialia ſunt.

Si autem advertat, ipſos audiētes eſſe prouis ad quodvis credendum, adeoque prævideat dampnum famæ ex ſua narratio- ne proximo eſſe inferendum, aut ſiquis auditia ut *audita conſirmet* gravi alia autho- ritate primo referentis, peccat mortaliter; ſicut enim qui peccaret conſirman- do rem illam *propria* ſua authoritate, ita etiam peccat conſirmando rem aliena, & foris majori autoritate.

Circa illum, qui *audia* alios detrahen- tes, & narrantes aliorum delicta pro pra- xi bene adverte communem doctrinam Theologorum cum Card. Lug. 1. *Audens* detrahemēt non peccat, ſi vel exiſtimet crimen illud ſibi narratum *abinde* jam eſſe *publicum*, aut ſi non poſſit *corriger*, nec diſ- curſum *allo vertere* cum fructu & effectu, aut ſi metuat ſibi ipſi dampnum exinde: aut

128-

tamen, si credat, manifestantem & narrantem habere *justam causam* aperiendi delictum occultum, vel *consilium inde*, aut faltem *solutum* petendum.

Aliud omnino est, si *audient* sit causa *posse* cooperans, ad detrahendum excitando, tunc enim peccat contra justitiam respectu infamati, & contra charitatem *peccato scandalis* respectu detrahit, quem ad peccandum inducit. Si autem non positiue cooperetur, nec *in officiis* tenet corrigere, peccat tamen contra *charitatem proximi*, si sermonem & discursum non alio vertat, cum tamen *facile* & fine suo incommodo id posset.

**487** Detrahens seu manifestans *delictum verum* quidem, sed occultum, tenet *ordinarie* ad restitucionem famae (dicendo non quidem se esse mentitum, sed tantummodo, se male dixisse, *injuriam intulisse*) tantum apud Auditores *immediatos*: confutet enim moraliter impossibile omnes auditores *mediatos* convenire; & hincipio, quod apud hos dicta sua revocet, confutet etiam ipsi implicite injungere, ut & illipsum suis immediatis auditores revocet; quod maxime verum est, si auditores immediati defectum proximi sub sigillo & obligatio[n]e ulterius non evulgandi accepissent.

Si quis autem ex *intentione* ulterioris prolationis, aut saltem cum hujusmodi *prævisione* defectum proximi evulgasset, tenetur etiam apud auditores *mediatos* revocare; quia tunc est causa voluntaria detractionis etiam apud istos Auditores *mediatos*. Card. Lugo disp. 15. scilicet 2.n. 16. Similiter qui ex peccato tantum *venialis* e.g. ex *inconsiderantia*, vel *in deliberatione* alteri detrahit, manifestando crimen verum, sed *occultum*, quod tamen credebat jam esse publicum, tenetur ad revocationem & fatigacionem, non quidem per modum *restitutions*; Cutpote, quae ex peccato tantum *venialis* non oritur) sed per modum *cautela*, ne infamatio *inculpabiliter* facta, ulterius serpat, sicut qui *inculpabiliter* incendit domum alterius, tenetur postea sub peccato serpentis flammas compescere.

**488** Hinc habes: si mulier garrula per errorem *inculpabili*, aut per *inconsiderantiam*, *inadvertentiam* alterum graver infamias effligerando ejus delicta occulta, eti tunc non peccaverit mortaliter propter *inadvertentiam* &c. Si tamen postea advertat, famam alterius esse graviter a se celam, peccat mortaliter non revocando, non corrigendo, quod incaute edixerat, dum ita alterius infamiam permittit ulterius propagari, & serperet, ut supra dictum est de eo, qui alterius domum *inculpabiliter* accedit, sub mor-

tali tenetur flamas compescere. Card. Lug. disp. 15. scilicet 1.n. 4.

Sunt tamen multi, quae foeminas garrulas a mortali exculant, dum verba detractoria narrant; quia gravitas detractionis minuitur ex levitate detrahit, cum igitur foemina ob earundem garrulitatem parum fidei tribuatur, non confentur *gravitorum* inferre, nec proin peccare mortaliter, saltem ordinarie & communiter, nisi contrarium constet, hujusmodi foeminas esse aliquius authoritatis, & quarum garrulitatem, & detractionem fuerit fidis exhibita. Item tenetur ad restituicionem per modum *cautela*, ne infamatio incaute & inadvertenter facta postea ulterius propagetur, & ita *culpabiliter* conservetur. Vide p. 2. §. 6. qual. 1. 2. n. 180. ubi diximus, uxorem excutiri à peccato detractionis, eti defectum occultum sui Mariti aut defeciorum manifestet, si id faciat bona intentione, vel ad *consilium* petendum, vel ad *solutum*, aut ad *dolorum iustum lenendum*, aut tandem ad *correctionem* faciendam; quod pro praxi quotidiana bene notatum velim.

Exuscatur detrahens à restituitione 1. 489 Quando ei nulla, vel modica *fides* ab auditibus est data, ut communiter foeminas garrulis contingit ex supra dictis. 2. Quando quis non potest restituere famam proximi, nisi cum multum *majori* sū infamia. 3. Si infamatio jam est *abulita* per oblivionem, aut falsitas diffamationis jam aliunde per testimoniū *alterius* est patetata. 4. Si crimen illud aliunde fiat publicum, aut brevi publicandum; quo modo excusat Theologi revelationem à Christo discipulis factam de proditione Iudei mox futura, & negatione Petri. 5. Si ipse detrahens etiam ab ipso infamato est infamatus, & quidem *aque graviter*, nec tamen possit satisfactionem impetrare: aut si *ideo tantum* alterius delicta occulta & vera deteguntur, ut in infamacione alterius non inventiat apud *audientes* aliquam fidem, nec habeat autoritatem. Aut tandem 490 si *occulta* delicta manifestantur ad correctionem impetrandam, aut *dannum* avertendum e. g. hoc modo excusantur à detractione, qui subditorum defectus ad Superiorum deferunt ex bona & sincera intentione. Sic potest *occulta imperitus* Medicus, Advocati, Parochi &c. sine peccato manifestari, si vergat in dampnum aquale, vel majus ipsius communitatis, vel alterius etiam privati. Similiter *inhabitantes* ad officium, impedimenta ad Matrimonium contrahendum &c. Si alter ob horum ignorantiam grave dampnum patiatur. Sic P. Marthaueci sol. 501. concedit, *uxore* poste cum marito loqui de peccatis occul- **U** **tis**

Suppl. Theol. Mor. R. P. Schnell.

tis famulorum, nempe vel ad petendum consilium, vel quia id videtur esse expediens ad damnum avertendum. Similiter potest quis amico interroganti diffidare, ne accipiat hunc famulum, vel ancillam, vel officem, quos scit esse fures; ne utatur hoc Medico, hoc Advocate, hoc artifice, quos scit esse imperitos: Ratio est; quia tales non habent ius suam famam tuendi cum gravi damno alterius; ergo eorum qualitates licite deteguntur; modo id fiat cum minimo, quo potest fieri, damno, nec ex malo animo, vel vindicta &c.

## APPENDIX II.

Referuntur quedam sententia favorabiles  
ad Confessiones facilis excipiendas.

## §. I.

- 491 **P**rimo: quando pœnitens se examinavit, quantum potuit, non tenetur Confessarius illum amplius interrogare, quamvis putet: cum propter ignorantiam & obliuionem *invincibilem* omittire unum aut alterum peccatum mortale: Est communis; quia confessio est formaliter integrata, nec tenetur pœnitens ad diligenter exactissimam.
- 492 2. Quando pœnitens bona fide in præteritis confessionibus non explicavit *numerum*, non debet Confessarius eum compellere ad priores confessiones ex integro repetendas, sed tantummodo ad *numerum* omnifim: ita plures apud Dian. p. 3. tr. 4. resol. 9. & p. 5. tr. 13. resol. 8.4. Ratio est: quia priores confessiones propter *bonam fidem* fuerunt formaliter integratae.

3. Quando pœnitens ob nimiam rudimentem, vel aliam causam e.g. ne *complacem* manifestetur, tantum explicat peccatum in communi seu mortali, seu veniale, potest licite absolviri. Plures apud P. Gob.

- 493 4. Quando pœnitens bona fide ad confessionem venit, quia putavit, se absolviri posse, aut confessionem propter indulgentias, vel aliam causam *ultra* differre non potest, plerumque absolviri potest, si prater peccatum *referendum* confiteatur aliud non *referendum*: est communis.

- 494 5. Quando pœnitenti non eridenter constat, se esse obligatum ad iterandam confessionem, seu de defectu commissio circa valorem, non est *cogendus* ad eam iterandam. *Telluc*. Hinc si pœnitens dicat, se in multis confessionibus reticulauit peccatum mortale, eoquod non *putarit* esse mortale, vel *putarit*, se posse illud peccatum reservare usque ad magnas indulgentias &c. non est cogendus ad repetendas confessiones in-

termidas. Valsquez. Sanchez cum Dian. p. 3. tr. 4. resol. 10. & per hanc sententiam ait Diana fein praxi à multis laboribus suffice liberatum. Idem dicendum putat P. Gob. p. 2. Cyp. n. 244. de eo, qui ob ruborem, vel respectum humanum suppressit unum, vel alterum peccatum mortale, *dubitans* tamen, an in iis deliquerit mortaliter, ob defectum objecti, confessus, & advertitus &c. & bona fide putavit, hec dubia peccata non esse materiam confessio-nis necessariam; talis igitur ad iterandas confessiones intermedias non est cogendus, licet interdum conscientia cum stimulaverit ad ea peccata detegenda: quia hoc ipso, quod conscientia dictari, hanc omissionem vel *nullo modo*, vel certe *non graviter* esse peccatum inosferam, per hoc silentium mortalem militiam non contraxit. Tanner, l. 2. disp. 4. q. 5. n. 110.

6. Quando pœnitens in legem *civilem*, 495 aut *pure penalem*, aut *mixtam* peccavit, non est facile dammandus peccati mortalis: quia tales leges ad solam poenam obligare probabiliter docet Navar. Reginal. apud Dian. p. 1. tr. 10. resol. 17. Rationem dar: quia in dubio benignior interpretatio facienda est, & lex explicari debet de *minor poena*: ergo legislator, qui ad pennam temporalem, & simili ad æternam potest obligare, si minimi solius poena temporalis, non videtur intendisse obligare ad æternam.

7. Quando pœnitens non vult accepta- 496 re *ullam* pœnitentiam, potest adhuc absolviri juxta plures apud Dian. p. 2. tr. 15. resol. 52. & p. 3. tr. 4. resol. 51. saltem si non sit pœnitentia *Medicinalis*, & *præservativa*, atque pœnitens habeat aliunde animum satisfaciendi, vel vivus per indulgentias, vel mortuus per penas purgatori: quia non adest *præceptum de acceptanda pœnitentia*: interim merito dubitandum, an talis effet bene dispositus, qui non vellat dicere ter *Etsi*, vel pœnitentiam levissimam acceperare, & ita ex hoc capite, seu ex *defectu dispositionis* absolviri non deberet.

8. Quando pœnitenti Confessarius im- 497 ponit leven pœnitentiam, & addit in fine, *quidquid boni feceris* &c. eum satisfacere officio suo docent plures apud Dian. p. 3. tr. 4. resol. 97. & p. 6. tr. 7. resol. 5. Ratio est: quia per hanc orationem ex intentione Confessarii elevantur & applicantur opera pœnitentis in peccatorum satisfactionem: modo tamen ad evitandum subinde scandala pœnitentes de hac intentione *moneantur*, & instruantur.

9. Quando Confessarius probabiliter cre- 498 dit, pœnitentem lucraturum *indulgentias* plenarias non teneat ei ullam pœnitentiam imponere: ita plures apud Dian. p. 3. tr. 4. resol. 106.

*refol. 108.* qui hoc tamen negat de peccantia medicinali, & præservativa.

499

10. Quando peccantis *nimirum* peccantia gravatus petit sibi candem ab alio *commutari*, posse has eundem commutare intra Sacramentum auditis aliquo modo prioribus peccatis, docent probabiliter plures cum Dian. p. 2. tr. 15. refol. 53. etiam si effect data super casus reservatos: Ratio est; quia post absolutionem non manent reservata, consequenter nec peccantia est reservata, Plura & mitiora adhuc videri poterunt in nost. Theol. Mor. part. 4. n. 619.

## §. II.

500 **P**offessor bona fidei, cui res aliena donata est, tenetur restituere post notitiam rei alienae id, quod superest ex materia accepta, & quantum inde factus est datur. Ex re empta vero non tenetur restituere, nisi partem adhuc in specie, & formam extantem. Laym. lib. 3. tr. 2. c. 5. n. 1. Econtra poiffessor male fidei tenetur restituere rem ablatam in statu optimo, vel saltem in eo, in quo à Domino abstulit: deinde fructus intrinsecos, & naturales e. g. frumentum ex agro. Similiter damnum emergens, & lucrum cessans; potest tamen necessarias expensas detrahere, & fructus mercede industriales, & fructus extrinsecos e. g. fur potest restituere frumentum etiam ex tempore, quo taxa per principem jam est facta minor.

501

2. Restitutionem potest *differre*, qui non potest hanc facere, nisi cum majori damno proprio; aut si ex tali restituzione incideret in gravem necessitatem sue vitae, & sustentationis. Incaut, quotam creditor, quam debitor forent in *eadem* necessitate, probabiliter non tenerit debitor succurrere Creditori, & sibi ipsi desee: quia melior est conditio possidentis.

502

3. Quantitas furti pensanda quidem est ex damno illato, & circumstantiis, an per hoc Dominus sit gravior & rationabiliter invitus; communiter tamen statuitur haec Regula: ut unus, vel duo aurei sint materia gravis etiam respectu Regis: duo, vel tres floreni respectu divitis, & Mercatoris, unus florenus respectu communis civis. 20. rel. 16. crucigeri respectu operarii, aliquot nummi respectu pauperis, & mendicis; hecque defumitur juxta menturam sustentationis unius diei. Videatur dicta in p. 1. §. 5. in. 68. Item cit. nost. Theol. Mor. part. 3. n. 75.

## APPENDIX III.

## Canones, seu Regula Conscientia.

**R**egula 1. Ad omne peccatum etiam veniale requiritur aliqua *actualis* consideratio, seu advertentia saltem per modum dubii, vel *sufficiens* de obligatione ulterioris inquirendi. Et si ergo homo inphantasia, & intellectu in honestum quid videat, & in appetitu sensitivo delectatio exciterit, vel etiam omnino potentia externa operentur, si non advertat saltem tenuerit esse peccatum, aut dubitet, vel *sufficiet* de malitia peccati, & obligatione ulterius inquirendi, nullo modo peccat, ne quidem venialiter; quia ex defectu cognitivum ad est voluntarium. Vide dicta ex P. Gob. sup. 4. n. 19.

Regula 2. Non sufficit ad peccatum habere scientiam tantum *habitualis* de malitia e. g. quod heri, vel ante mensam cognovimus aliquid esse malum, sed neceſſe est, ut cognitio & advertentia sit *actualis*, seu *hic & nunc*, dum actio fit, & incipit quamvis igitur Petrus alias non ignoret peccatum esse, odio habere proximum, si tamen *hic & nunc*, dum actum odii exercet, nihil incidat, vel occurrat de *malitia*, nihil peccat; quia *hic & nunc* non est cognitum, ergo nec voluntarium.

Regula 3. Ad omnem actum *mortaliter* 505 peccaminorum requiritur *advertentia plena* & perfecta malitia, sicut peccatum plenum, & perfectum est in ratione peccati; & hoc in quaunque materia: eti enim materia secundum se sit gravis, si tamen malitia advertentia non sit *plena*, ex hujus defectu tamen sit peccatum *veniale*; quod sicut peccatum tantummodo *imperfectum* est, ita etiam ad hoc sufficit advertentia *semiplena*.

Regula 4. Ad *plenum*, & perfectum *ad 507* advertentiam & cognitionem habendum non suffit est cognoscere, rem esse malam, esse offendam Dei *quomodoconque*, sed requiritur, ut cognoscatur esse offendere *gravis* in actu *hic & nunc*. Insuper requiritur, ut malitia & ejus gravitas *expres* & *clare* cognoscatur: quando enim malitia tantum obscure cognoscitur, censetur cognitio & advertentia tantum *semiplena*, velut in ebris & semisopitis contingit: que proinde ad peccatum mortale non sufficit, etiam materia secundum se sit gravis.

Regula 5. Nemo peccat mortaliter, nisi advertat *definita* & *determinate* malitiam gravem & mortalem, vel saltem periculum ejus. Unde si quis tantum *in gewe*, vel in *communi* cognoscatur, aliquid est malum, non distinguens, an sit malum mortale, vel veniale, non peccat mortaliter; si inquam, nihil occurat de malitia *mortalis*, nec sub pro-

U 2

prius

prīis his terminis, nec sub aequivalētib⁹ e. g. quod dissolvat amicitiam Dēi, faciat degnūm inferno &c. sufficit tamen hēc confusa advertentia, & notitia ad peccatum veniale.

**309** Regula 6. Quando aliquis per errorem inimicisēl putat, aliquid esse licitum, non peccat illud faciendo, et si res in se sit gravissima: quia ubi non est cognitum, etiam non est voluntarium, conseq̄uenter nec peccatum. Ut autem error, vel ignorantia dicatur vincibilis requiritur 1. Ut saltē aliquod dubium tibi occurrat, & intellectus dñe, rem esse melius considerandam, alioquin esse periculum peccati. 2. Ut postquam occurrit dubium, possit adhucitā morali diligentiā veritatem comprehendere, & ignorātiā depellere. Hēc duo si non adhuc, est ignorantia invincibilis.

**310** Regula 7. Habitus, & confundendo semel efficaci proposito retradata non facit, ut actus ex ea per accidens secutus sit peccatum: si alias ad talēm actūm non sit advertentia, sed fiat ex imperio mala confuetudinis: tunc enim non est voluntarius in se defectu advertentia, ut ponitur; nec est voluntarius in causa, seu confuetudine: quia hēc ponitur esse retradata: ipsa enim confuctudo eunc solim est peccatum, quando quis advertens habere se malam confuetudinem, non curat, seu non proponit debitis mediis eam deponeare.

**311** Regula 8. Si in uno actū plures, ac diversa malitia reperiantur, intellectus autem tantum ad unam advertat, tunc relique malitia non cognit⁹, ad culpam non imputantur. Sic qui peccat cum consanguinitate, vel conjugata, non advertens esse consanguineam, vel conjugatam, tantum peccat peccato simph⁹ fornicationis, non vero incestū, vel adulterii; quia peccatum sibi hac ratione, sicut non est cognitum, sic etiam non est voluntarium. Vide supra n. 19.

**312** Regula 9. Ad peccatum mortale requiritur, ut cognoscat malitiam per rationes aternas, & ut legi Divinae coptrariam, nec sufficit tantum cognosci per rationes tantum naturales: sic enim est peccatum tantum philosophicum.

**313** Regula 10. Sicut ad peccatum grave requiritur advertentia plena ex parte intellectus, ita etiam requiritur consensus plenus ex parte voluntatis: quia utrumque requiritur ad plenum voluntariū.

**314** Regula 11. Sunt nomina: conjectura, ex quibus regulariter loquendo postumus cognoscere probabilit̄, an consensus, & deliberatio fuerit perfectus, vel imperfectus. Sic i. si nondum implevisti annum septimum, tunc si dubites, an deli-

beratio, vel consensus fuerit perfectus, 515 vel imperfectus, poteris pr̄sumere, fuisse imperfectum. Idem est, si dubites, an perfecte à somno fueris excitatus, an ebrietatem discusseris, an ob phrenesin, vel alium mōrbum fueris plene compōsitus; tunc enim potes pr̄sumere consensum tantum imperfectum. Ceteras Conjecturas vide p. 1. §. 2. quæf. 7. n. 18.

Regula 12. Non omnis deliberans agit ex 516 deliberatione: potest enim aliquis, dum adhuc deliberat, satis graviter commovet in appetitu sensitivo, & ex effrāni passione aliquid agere, in quod plene factum non consentit ex parte voluntatis.

Regula 13. Ad peccatum cogitationis 517 ordinaria his gradibus pervenitur. 1. Suboritur cogitatio de objecto pravo. 2. Sequitur in appetitu sensitivo delectatio. 3. Adverit intellectus ad offenditam Dei, atque ita deliberat, considerans ex parte una delectationem & commodum, ex parte altera offenditam Dei. 4. Pr̄b̄t voluntas consensu vel semiplenum, vel languide resistit; vel plenam, si omnino definit resistere, & approbet, seu admittat id, quod malum esse videt. 5. Tandem delectatio appetitus continuatur cum advertentia, & consensu. In primis tribus gradibus nullum adhuc reperitur peccatum: in quarto jam est peccatum, vel veniale, si advertentia & consensus fuerit tantum semiplenus & imperfectus: vel mortale, si advertentia, & consensus fuerit plenus & perfectus, & ipsa etiam materia fuerit gravis. Nam si materia fuerit levis, non fit per se grave peccatum, et si consensus fuerit plenus: quia ad peccatum utrumque requiritur tam gravitas objecti, quam plenitudo consensus. In quinto denique gradu & delectatione appetitus sensitivi non fit novum peccatum, sed tantummodo aggreditur.

Regula 14. Quando poemens rudis 518 Confessario suo, vel alio viro docto & probō audit, aliquid non esse peccatum, potest tuto id credere, & pro non peccato practice habere; neque in hoc peccat, et si a parte rei falsum illud sit dictum. Ratio est: quia talis Confessarius habet rationem & autoritatem sententiae probabili, quam licite sequimur.

Regula 15. Inter duas opiniones probabiles potest quis tuto sequi opinionem contradictoriam probabilem, minusque tutam, licet habeat actualē formidinem ex parte scilicet iudicii remoti & speculatori, ne tentia, quam sequitur a parte rei sit falsa; quia ista formido tollitur per iudicium reflexum quo dictatur, prudenter & honeste lequi posse, quod ex ratione magni momenti judicatur esse honestum.

Regu-

Regula 16. Operari cum dubio *prudentia* & proprie dicto nunquam licet; quia sic se exponeret pericolo peccandi: bene autem licitum est operari cum dubio *speculativo*, ubi illud deponitur per dictamen reflexum, & titulum possessionis.

520 Regula 17. Qui habet *dubium verum* & *proprie dictum*, an actum aliquem peccatum secundum se committere e.g. an actum odii contra proximum habuerit, an foemina concupiscerit, an hominem occiderit &c. non tenetur hoc peccatum ullo modo, nec sub dubio confiteri. Ratio est; quia *meior* est conditio possidentis suam innocentiam.

521 Regula 18. Qui habet verum & *proprie dictum dubium*, an per actum, quem materialiter fecit se *scisse*, peccarit *mortaliter*, an scilicet in tali actu à se posito adverterit ad malitiam, velan post advertentiam perfecte confessiter? an tenetur ullo modo nec sub dubio confiteri: quia ejus conditio est melior, & tamdiu quis confiterit innocens, quandiu non probatur nocens. Vide p. 1. §. 2. & n. 15.

522 Regula 19. Qui fecit, se actum malum materialiter posuisse, neque dubitat, se peccasse venialiter, dubitat tamen, an mortaliter peccaverit, quia v. g. non facit differere potest, an *plenan* habuerit advertentiam malitiae, vel semiplenam? an habita semiplena advertentia confessiter perfecte, vel tantum imperfecte? non tenetur peccatum dubium confiteri; quia habet prof. Regulam juris de *possessione sua innocentiae*; facit tamen laudabiter, si sub dubio illud confiteatur. Vide supra dicta p. 1. & cit. n. 15. Item. Theol. nost. Mor. part. 4. & n. 493.

524 Regula 20. Qui habet dubium verum & *proprie dictum de confessione*, vel *absolutione*, ita ut dubitet, an peccatum mortale, quod fecit, se committisse, aliquando *legitime* fuerit confessus, vel ab eo legitime *absolutus*, non tenetur *probabiliter* hujusmodi peccatum confiteri; saltem si occurrat post *longum tempus*. Vid. n. 531.

525 Regula 21. Qui habet dubium *improprius*, seu potius *opinione in utramque partem probabilem*, an peccatum committerit, an mortaliter peccaverit &c. non tenetur peccatum *hunc modo* dubium confiteri: quia potest sequi sententiam probabilem, quam habet de sua innocentia.

526 Regula 22. Qui peccatum *dubium* confiteri *vult* (quod non tenetur facere) non debet illud tanquam certum confiteri, sed *ut dubium* dicendo e. g. dubito, an hoc fecerim, dubito, an plene confiterim &c. qui tamen fecit, se peccatum committisse, dubitat tamen, an hoc legitime confessus fuerit.

*Suppl. Thes. Mor. R.P. Schnell.*

rit, potest illud absolute confiteri *tacito dubio*.

Regula 23. Quando dubium post longum tempus suboritur de peccato mortali, potest homo tenerae conscientiae, & qui horret mortalia, præsumere, se non perfecte confessisse, vel non perfecte admisisse illud peccatum, de quo dubitat, ex Regula de *possessione sua innocentiae*.

Regula 24. Qui formidinem, aut existimationem peccati ex *leribus rationibus* concipit, potest, & debet illam deponere; est enim scrupulus e. g. pueri solente esse incuriosi, & negligentes circa confessionem; ergo & ego talis fui: talis, inquam, ratio levius est spernenda.

Regula 25. Non est *sufficiens* causa dubii, non esse amplius *memorem*, se aliquid commississe, confessum esse, & universim mera *nescientia* (Quando nempe quis nullam habet rationem dubitandi, sed pure necit aliquid) non sufficit ad *prudens dubium*, multo minus ad probabilem cognitionem accipiendam; debet igitur tale dubium, aut formido ex mera *nescientia* proveniens contemni tanquam inanis.

Regula 26. Quando quis dubitat, an id, in quo harerit, sit *scrupulus*? vel non? potest tuto hoc ipsum *abjecere* tanquam scrupulum.

Regula 27. Quando quis semel in vita fecit confessionem *generalis* cum *medio* diligentia adhibita in discussione conscientiae, non tenetur amplius de vita anteacta cogitare, et si postmodum occurrat dubium an peccatum aliquod confessioni insertum fuerit, vel non? an cum *debito numero*, & circumstantiis illud explicatum fuerit? potest enim præsumere, se jam confessum esse, & omnia dubia de vita praterita secure abjecere. Ex Regula de *possessione sua innocentiae*, ex qua præsumuntur nihil culpabiliter esse omnium.

## APPENDIX IV. De Casibus reservatis.

### §. I.

#### Casus reservati in Diœcœsi Constantiens.

##### Pro Clericis.

I. *Ornatio cum filia confessionis.*

2. *Revelatio confessionis.*

3. *Celebratio in Ecclesia interdicta.*

4. In altari non consecrato scienter.

5. In altari portatili sine licentia.

6. Sine sacrificiis vestibus.

7. Et à Sacerdote non-jejuno.

4. Reordinatio scienter suscepit.

9. Celebratio, & ministratio non-ordinati.

X

10. Dice-

10. Dioecesanus ad SS. ordines per alienum Episcopum sine licentia Dioecesani promotus.
11. Qui furtive :
12. Qui per saltum :
13. Qui extra tempora à Jure statuta.
14. Qui ante legitimam cujusque S. Ordinis aetatem promotus est.
15. In Censura Ecclesiastica suscipiens sacram ordinem.
16. Scienter sepeliens corpus excommunicati in Ecclesia, vel Cœmeterio.
17. Vel etiam non-Excommunicati tempore Interdicti.

## Pro Laicis.

- 534 1. **M**atrimonium conjugé adhuc vivente scilicet contrahens.
2. Antequam certificetur de morte conjugis.
  3. Aut clandestine.
  4. Sponfalia de futuro contrahens, & non obseruans.
  5. Machinatio in mortem conjugis, si mors sequatur.
  6. Baptezatio Prolis propriæ extra necessitatem.
  7. Vel ejusdem in Baptismo, & Confirmatione susceptio.

## Pro omnibus, Clericis &amp; Laicis.

- 535 **H**omicidium voluntarium factò, precepto, confilio, vel confidito deliberato commissum.
2. Procuratio abortus, vel sterilitatis.
  3. Incendium Ecclesiarum, domorum, aut segetum maliciose & ex proposito factum.
  4. Sacrifegium, seu furtum rei sacrae.
  5. Peccatum bestialitatis cum brutis commisum.
  6. Coitus cum infideли, vel Judaea.
  7. Commixtio carnalis cum moniali.
  8. Incepsus cum consanguineis, vel affinitibus usque ad secundum gradum inclusive.
  9. Adulterium.
  10. Raptus.
  11. Perjurium in Iudicio factum.
  12. Pollutio Ecclesie vel Cœmeterii effusione feminis, vel sanguinis.
  13. Immunitat̄, & libertatis Ecclesiastica violatio.
  14. Falificatio litterarum Episcopi, & Episcopalis Curiae, vel moneta.
  15. Percussio Parentum enormis.
  16. Abusus Sacramentorum, & sacrarum rerum ad magicas artes, beneficia, & superstitiones.
  17. Rebaptizatio scienter collata, & suscepta.

18. Reconfirmatio scienter collata, & suscepta.

19. Injictio violenta in Clericos, Monachos, Moniales, vel quamcunque etiam personam Religiosam, & Ecclesiasticam.

fuit universim 43.

Circa hos casus nota ex Synodali Constantiensi, omnes hos casus reservari, si publici sint; si autem sint *occulti* pro Laicis tantum hos duos reservari, nempe *homicidium voluntarium* (ad quod etiam spectat procuratio abortus *fetus jam animatus*) & majorum Excommunicationem Judicalem.

Pro Clericis autem sex, eti si occulti 536  
1. Homicidium *voluntarium*. 2. Major excommunicationis. 3. Peccatum Bestialitatis.  
4. Coitus cum Moniali. 5. Revelatio Confessionis. 6. Ordinatio ab alterius Dioecesis Episcopi; aut furtive per saltum: extra tempora: & ante legitimam aetatem, sine dispensatione.

Interim ex communi Doctorum adverte: ut peccatum e. g. homicidium, vel quodvis aliud etiam *publicum*, sit reservatum, requiri 1. Ut sit peccatum completum & *perfectum* juxta verba *expressa* Reservationis, & quidem peccatum *morte*: si enim præcipitaria, ira, inconsiderantia, inadvertentia &c. excusat delinquentem a mortali, etiam excusat à *peccato*: ita P. Gobat *bc n. 349*. 2. Non sufficit, 539  
minimum *internum* esse etiam mortaliter *peccatum*, sed requiritur insuper, ut etiam actus *externus* propter gravitatem materiae sit mortaliter peccaminosus e. g. si Clericus ex affectu interno mortaliter peccaminoso sollicitet Monialem ad turpia, vel quicunque alius feminam ad adulterium per actionem tamen externam ex *le teven*, vel per verbum ex se leve, non incurrit reservationem. 3. Requiritur, ut effectus & opus ipsum fuerit *substantivum* e. g. mors ex veneno &c. abortus ex medicina subsecuti &c.

Similiter notat P. Gobat: tunc censerit peccatum adhuc esse *occiduum*, adeoque non reservatum (*si homicidium voluntarium expicias*) quando tale peccatum vel non est commissum coram *majore parte* Communis, urbis, vel domus, sed tantummodo coram 3. vel 4. aut quando non sine tergiversatione sit *publicum*, aut notoriitate Juris, per sententiam publicatur.

## §. II.

## Casus Reservati in Bulla Cane Domini.

1. **E**xcommunicamus, & anathematisamus à Fide Christiana apostatas, Hæretitos omnes cujuscunque secta,

541

- Ex, eorum receptores, Fautores, Defensores, eorum libros legentes, retinente, imprimentes, qui de Religione tractant, nec non schismatiscos.
2. Appellantes ad futurum Concilium generale à Pontifice, nec non eos, quorum auxilio, consilio, favore appellatum.
  3. Omnes Piratas, maritimos latrunculos in nostro mari, omnes eorum fatores, defensores, & Receptores.
  4. Surripientes naufragorum Christianorum cujuscunque generis Bona, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem ejecta, & in littore inventa.
  5. Imponentes nova pedagia, vel augentes, exceptis casibus à Jure, vel licentia Papæ conceisis.
  6. Falſari litterarum Apostolicarum, gratiam vel iustitiam concernentium, & falſo publicantes litteras Apostolicas.
  7. Deferentes arma, & alia usui bellico idonea, equos, metalla, funes &c. ad Turcas, vel alios Christiani Nominis hostes, & ad Reipublicam Christianam statum pertinientia, iisdem in damnum Christianorum nuntiantes, auxilium, consilium, favorem praftantes.
  8. Impedientes, vel ludentes eos, qui viuitalia, seu alia Curia Romana necessaria adducunt.
  9. Ludentes eos, qui ad fedem Apostolicam accedunt, vel recedunt, aut suā, aut aliorum operā, & fine jurisdictione vexantes eos, qui in Curia Romana commorantur.
  10. Ludentes quoquaque modo Romipedes, seu peregrinos ad urbem devotionis causa accedentes, morantes, recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, favorem &c.
  11. Ludentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archi-Episcopos, & Episcopos, Sedis Apostolica Legatos, seu Nuntios.
  12. Ludentes eos per se, vel per alias, qui pro negotiis suis ad Curiam Romanam recurunt, eorumque fatores.
  13. Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apost. ad laicam potestatem.
  14. Executionem litterarum Apost. aut aliorum Expeditorum impedientes ad gratiam impetrāndam.
  15. Judices faculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia, & Ecclesiasticam libertatem tollunt, & perturbant.
  16. Impedientes Prelatos Ecclesiasticos, ne sua jurisdictione utantur, judicia eorum eludentes, ad Curias faculares accurrunt, qui iis præstant auxilium, consilium &c.
17. Usurpantes, vel sequestrantes redditus, proventus, fructus ad personas Ecclesiasticas pertinentes ratione Ecclesiæ, Monasterii.
18. Imponentes decimas, & alia onera Personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, & eorum fructibus sine licentia Papa.
19. Judices faculares, qui se interponunt causis capitalibus, seu criminalibus contra Personas Ecclesiasticas.
20. Occupantes bona, & terras Roman. Ecclesiæ, & ejus Jurisdictionem usurpantes.
- N.B. Hi omnes casus sunt summo Pontifici refervati, & qui extra articulum mortis, aut fine speciali licentia ab his absolvit, excommunicatur.
- Similiter Papæ reservatur absolutio seu dispensatio 5. votorum, scilicet perpetua Caſtitatis, Religiosi, & triani peregrinationum, Roman, Jerofolyman, & Compostellam.

### §. III.

#### *Excommunicationes reservatae in Corpore Iuri.*

1. Injicientes manus violentas in Clericum, vel Monachum.
2. Si quis per annum manserit in excommunicatione.
3. Falſari declarati, si intra dies 20. non obtemperent.
4. Clerici communicantes cum excommunicatis in Divinis.
5. Incendiarii, postquam fuerint declarati.
6. Effrингentes, & Ipoliantes Ecclesiæ, si sint declarati.
7. Eligentes, & Electi in Senatorem Romanum sine preficitu Papæ.
8. Ludentes Personas, vel Bona propter illatam excommunicationem.
9. Inquisitiones haereses negligentes, procedentes, vel falso imponentes.
10. Regulares sine licentia Parochi Sacramenta ministrantes.
11. Clerici, & Religiōsi, qui persuadent eligere sepulturam in sua Ecclesia.
12. Cogentes, vel facientes divina celebrare loco interdicto, prohibentes ejici excommunicatos.

### §. IV.

#### *In Extravagantibus.*

1. Qui cadavera mortuorum incident, vel separant.
2. Aduolentes à 5. votis, vel aliis casibus Papa reservatis.

X 2

3. Si-

3. Simoniaci in susceptione Ordinis, vel Beneficii.
4. Religiosi transeuntes de Ordine mendicantium ad non mendicantes.
5. Rapientes bona Cardinalium, dum in Conclavi sunt.
6. Disputantes de Immaculata Concepcionis pro utraque sententia.
7. Dantes, vel accipientes aliquid pro gratia in Curia Romana.
8. Cardinales Simoniaci in Electione Papae.
9. Peregrinantes Jerosolymam sine licentia Papae.
10. Cardinales revelantes secreta Confessorii.
11. Falsa miracula, vel dubia, vel prophetias praedicentes.
12. Detrahentes Episcopis, Praelatis, eorumque statui.
13. Officiales Papae munera accipientes, vel comefitibilia.
14. Non reddentes computations integras in Camera Apostolica.
15. Trahentes de Electione Papae vivente altero.
16. Pugnantes in duello, fautores, adjutores, spectatores.
17. Procedentes per censuras in eos, qui in Curia morantur.
18. Fingentes se nepotes esse Cardinalem.
19. Commitentes Simoniam confidentiae beneficialis.
20. Officiales S. Poenitentiae non benefungentes Officio.
21. Ingredientes, egredientes Monasteria Monialium, vel virorum.
22. Trahentes Personas Ecclesiasticas ad Judicium laicale.
23. Receptores, fautores Bannitorum.
24. Cogentes jurare illicita contra ordinationes, & statuta.
25. Refervatur etiam dispensatio §. votorum Majorum.

**546** Interim nota, ab his excommunicatis inibus extra Bullam Coena, quando sunt occulsi, & nondum majori parti communictatis &c. nota, vel ad forum contentiosum deducta &c. posse vi Conc. Trid. *sef. 24.c.6. de reform.* Episcopum absolvere potestate ordinaria, ita ut juxta Reverendissimum Raesler possit alteri, etiam non mendicanti, vel non privilegiato delegare. Vide P. Gob. tr. 9. c. 1. s. n. 478. & in alphab. *Conf. causa 20. n. 645.*

### §. V.

#### Causus reservati Religiosorum ex Clemente VIII.

**547** 1. **V**eneficia, incantationes, sortilegia.  
2. Apostasia à Religione, sive ha-

- bitu dimisso, sive retento, quando eò pervenit, ut extra septa Monasterii vel Conventus sit.
3. Nocturna, & furtiva è Monasterio seu Conventu egressio etiam non animo apostatandi facta.
4. Proprietas contra votum paupertatis, quod peccatum mortale.
5. Juramentum falsum in Judicio Regulari, Capitulari, seu legitimo.
6. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum factum etiam effectu non fecuto (ubi facto abortu incurritur etiam Excommunicatione, & irregularitas ex delicto homicidii)
7. Falsificatio manus seu sigilli officialium Monasterii vel Conventus.
8. Furtum de rebus Monasterii in ea quantitate, quod sit mortale.
9. Lapsum carnis voluntarius opere consummatus.
10. Occidio, vulneratio, seu gravis percussio cuiuscunque Persona.
11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum a superioribus ad inferiores, vel econtra.

### §. VI.

#### Causas in Congregatione Benedictino-Suevica referribiles, eorumque breves declaraciones.

#### PRAEFATIO.

**Q**uoniam ut S. Gregorius testatur: *Ars 548* regimen animalium est regimen animarum, dum alii ad bonum proclives soli monitis & cum lenitate duei se finunt, ad omittenda vel facienda ea, qua Status vita religiosi, *caeca Regula & Constitutiones exigunt*, alii vero nonni si salutari *terore* & adhibitis gravioribus remedis possunt in officio contineri, vixit est Reverendissimus Dominus Abbatibus Congregationis Benedictino-Suevicae in Imperiali Monasterio Zwickfensi Anno 1677. die 30. Augusti congregatis in rem fore, si ad praeavenda animalium sibi subditarum damna & naufragia, iuxta formam à Clemente Papa VIII. prescriptam, certorum peccatorum absolusionem sibi ipsi reservarent. Ad quod consilium amplectendum permoti sunt, tum quid rescrivato Causum sit universali Ecclesiæ praxi consonante, tam quod jam pridem diversæ Ordinis nostri Congregationes, immo etiam nonnulli Congregationis Suevica Abbates prædictos Causas à Clemente VIII. concessos sibi reservarint,

tint, tum insuper quod hāc ratione facra Disciplina in flore & viridi obſervantia conſervari efficacius poſſit. Quia vero memorati Domini Abbatēs ex monito S. Francisci Saleſii dandum aliquid eſſe cenſerunt imbecillitati ( non vero malicie ) hominum, in ſequentes Cafum Declaratiōnes, ex benigniori Doctōrum opinione collectas, concordi cálculo confenſere: praciēntes a mandantes omnibus & ſingulis Monasteriorum Confefſariis, ut in concedenda vel deneganda abſolutione Cafum graviorum, li qui forte ( quod DEUS avertat ) commiſſi fuerint, pothabitis quibuscumque aliorum iudicis & ſententiis prädictas Declarationes in praxi obſervent & ſequantur:

## CASUS I.

## DECLARATIO.

**I**N primo hoc Cafu accipitur *Veneficium pro Magia proprie dictā*, hoc eft, pro arte faciendo, aut cognoscendo aliiquid concurſu & virtute Dæmonis. Incurrunt Cafum Primo. Qui ejusmodi magiam per ſipos exercēt. Secundo. Qui Magos *confūlum* in ordine ad effectus aliquos ope Magia conſequendos. Tertio. Qui libros Magicos *legant* ſimiliter in ordine ad präſtigias aliquas exercendas. Quarto. Qui *Signa*, aut Magicos characteres *conficiant* aut eos ſcieſter deferunt in fines Magicos, ut fiant v.g. invulnerabiles. Quinto. Qui per Magicas Benedictiones, Scripturas, &c. morbos præter naturam curant, aut timiles mirabiles effectus producent.

Excusantur tamen à Reservatione Primo. Qui ex intentione non adeo ſiniſtra, vel ex simplicitate, aut ignorantiā ( dummodo non affectata ) jocī item, aut curioſitatis cauſā utuntur rebus, & figuris, que Magica videri poſſent; qua tamē excuſatio locum habere non poſet in pacto expreſſo cum Dæmonē.

Secundo. Par modo excufantur, qui à Cyngarī, ut vocant, aut Astrologis judiciani adverſos, aut proſperos Cafus ſibi padi, aut divinari ſiunt, niſi quis eo dementia deveniret, ut hujusmodi vaticiniis certam fidem adhibens ad eorum normam, & leges vitæ ſua actiones institueret.

Tertio excufantur, qui mediis alioquin naturalibus impertinentis modos at ritus admifcent, certamque ſpeciem, v.g. in certo modo orandi, ſcribendi, ligandi, &c. ponunt, aliaque vaniſſime ſuperitionis ſigna uſurpant.

R. P. A. Schnell, Th. Schol. Part. VIII.

**S**ub hoc verbo comprehenduntur & Cafum incurunt, qui per certa signa, verba aut characteres Dæmones *incantant*, in annulis, ſpeculis, &c. coērent, eſque ad qualibet ſervititia devotos habent. Item qui ſuis magicis Incantationibus hominibus, jumentis, ſegetibus, &c. dama inferrunt, ſerpentum morfus, canum latratus, &c. prohibent, ac alios ſimiles effectus veſte magicos producent.

## Sortilegia.

**C**afum hoc nomine denotatum incurunt, qui per fortes *drinatarias* ope Dæmonis, Magi, aut magici libri rei *occulta* cognitionem inquirunt. Non incurunt vero qui ſolum ex joco, aut ignorantia *absque* pačto expreſſo, vel *tacito* cum Dæmonē, aut ex curioſitate tantum, & cum fide dubiā Sortilegio aliquo utuntur.

## CASUS II.

*Apostasia à Religione, ſive habitu dimiſo, ſive retro, quando eo pervenerit, ut extra ſepa Monasterii, ſex Conventus fiat egressio.*

## DECLARATIO.

**U**T hanc Cafum incurrat Religiosus, duo requiruntur. Primo, ut habeat *intentionem* vere apofatandi, hoc eft, Religionem ſuam *deſerenda*, ſine voluntate ad eam redeundi, aut ad *adām* redeundi. Secundo, requiritur, ut extra ſepa Monasterii, vel etiam extra Clauſuram Conventus ſuere it ſipa egressus, ſive jam dimiſerit habitum, ſive eum adhuc retinuerit.

Unde non incurrit hunc Cafum, qui tantum animo vagandi, aut quacunque alia ex cauſa è Monasterio fugeret cum intentione revertendi, aut alibi religioſe vivendi. Nec etiam incurrit, qui proxima media ad egressum quæſivit, v.g. ſeſtas jam applicavit, re ipſa tamen egressus non eſt.

## CASUS III.

*Nocturna, & furtiva è Monasterio ex quacunque, & ex locis Conventualibus ex turpi cauſa egressio, aut per noctem emansio.*

## DECLARATIO.

**T**ria ſimil concurrere debent, ut Religiosus incurrat hunc Cafum. Primum, ut fit egressio *nocturna*. Secundum, ut fit *furtiva*. Tertium, ut fiat *extra* Monasterium ex quacunque illegitimā, aut extra Conventum ex *turpi* (id eft luxurie) cauſā.

Hinc primo Cafum hunc *non* incurrit, qui egreditur *de die*, etiam diu foras maneat: neque etiam qui egreditur *in crepusculo*

cuso diei, aut noctis, cum tale tempus non ad noctem, sed ad diem pertinere censeatur. Nec secundo qui et si de nocte egreditur, non tamen egreditur *furtive*, si scilicet egreditur videntibus, & scientibus duobus aut tribus (non complicibus) Nec tertio, qui noctu & furtive egredetur extra Claustram Conventualem tantum non tam ex caufa *turpi*, sed alia, quantumvis illicita, v.g. caufa potandi, ludendi, &c. quod si tam ex caufa turpi, sive luxuria exiisset, etiam si turpi nol comitissit, Casum tamen incurrit. Quinam autem sint, vel ubi incipiunt, aut definantur Termini Clausurae Conventionalis (cujus in hoc, & superiori Casu fit mentio) definitum erit ex eiusdemque Monasterii confuetudine, & antiqua observatione. Communiter tamen ibi Clausura esse censetur, quo feminis venire non licet.

### CASUS IV.

*Proprietas contra Votum Paupertatis que  
si peccatum mortale.*

#### DECLARATIO.

**P**roprietas a proprio dicitur, & censetur committi, quando quis tenet, aliquid occulte, & contra mentem Superioris, *Pro prium* autem eti illud omne, quod non est *re signatum* in manus Praelati, saltem in preparatione animi, nec administratur in communem utilitatem Monasterii, nec est reservatum sub communi custodia. Tria igitur concurrent debent ad incidentiam hujus Casus. Primum est, ut Religiosus teneat aliquid *occulte*. Secundum, ut teneat id *contra* voluntatem Superioris. Tertium, ut sit aliquid *notabile* saltem tantum quantum in homine seculari iudicio prudentis & conscientiosi viri aut Confessarii sufficeret ad constitutendum *furtum lethale*.

Hinc Casum hunc non incurrit Primo, qui tenet aliquid occulte sed *cum voluntate* Superioris. Nec secundo, qui tenet aliquid sine donatum ab aliis, five propriis autoritate e Vestario v.g. aut Bibliotheca, &c. acceptum, quod Superiori nunquam ostendit, sed tamen tenet illud *palam* ut & Superior, & alii facilime vide posint, etsq; paratus id in manus Superioris, si is velit, resignare. Nec etiam is, qui rem quidem etiamnum celat, non tam men id facit ea intentione ne ea spolietur, sed ne forte reprehendatur, aut puniatur, quod eam sine licentia accepit et tamdiu retinuerit, paratus eam pro opportunitate proferre, & ostendere. Eti enim tales contra Regulam peccant, hoc tamen loco pro *veris* proprietariis non habentur. Secus est, si quis rem sibi donatam, aut

alias sibi ad usum concessam Superiori penti, aut usum rei revocanti resisteret, ac resignare nollet. Nec tertio Casum incurrit, qui quidem tenet aliquid occulte, & Superioris dispositioni subtrahit, sed res est *exiguus* momenti; v.g. Imagincula, Rosarium, aut etiam si res sis majoris momenti, sed tamen ejus *proprietas* non affectetur, sed solus *usus* queratur; ut si quis, v.g. pretiosum librum diuidit occulte retineat eoque utatur. Etsi enim *liber* magno pretio affluitur, *usus* tamen sive ejus attrito *tanti* estimari non potest. Nec quarto Casum hunc incurrit Oeconomi, Cellerarii, aliique Monasteriorum Officiales, Regulares Religiosi, aut Fratres itinerantes, quando plus quam oportet, expendunt, donant, aut alios sumptus non necessarios & irrationabiles faciunt; et si enim tales sine & vocari possint Dispensatores imprudentes ac infideles, aut etiam *Villie iniquitatis*, contra Regulam item & Votum Paupertatis peccant, *Proprietariorum* nomine non veniunt, nec Casum istum incidentur.

### CASUS V.

*Lapsus Carnis opere consummatus.*

#### DECLARATIO.

Casum istum incurrit Primo qui ipso operae fornicationem committit, aut alias adhuc abominabiores luxuria species ipso alio perpetrat. Et quidem in particulari etiam. Secundo Casum hunc incurrit qui se ipsum directe, voluntarie polluit, concurrendo per actum aliquem *exteriorum* ad hoc, v.g. per inhoneflum tactum sui ipsius aut alterius, per osculum, aut complexum, &c. Secus foret si quis ex sola phantasia turpi non debite rejecta pollutionem patetur; aut si quid aliud fecisset, ex quo pollutione quidem facile consequitur, sive in vigilante sive in dormiente, eam tamen directe non intendisset, vel etiam si directe intendisset, eam tamen non vigilans, sed primum in somno patetur. Tertio etiam incurrit Casum, qui se ab alio per tactum turpem, osculum, aut complexum, &c. pollui voluntarie permisit. Quartu si quoque, qui eti in se ipso nihil patiat, alium tamen similiter per tactum turpem, osculum, aut complexum polluit, etenit, ac *re ipsa* polluit.

### CASUS VI.

*Occiso seu Vulneratio cuiuscunq; vel  
gravis percussio Personae Ecclesiasticae.*

#### DECLARATIO.

Ut Occiso aut Vulneratio sit Casus Reservatus, requiritur ut quis alium malitiose, directe, & in se voluntarie occidat

*Occiso seu Vulneratio cuiuscunq[ue], vel gravis percusso Personae Ecclesiastice.* 87  
cidat (sive gladio, sive veneno, aut alio quovis modo id fiat) aut mutilet, vel vulneret, (*vulneret*, inquam, graviter, vulnero scilicet notabiliter) aut alias ejus valedudinem admodum notabiliter ladar, quo- cunque modo id fiat, dummodo hostili, v. g. gladio, fuste, veneno, pugno &c.

Hinc Primo non incurrit *hunc* Casum, qui servato *moderamine* inculpatu tutele evadere non potest, nisi invasorem suum occidat, mutilet, aut vulneret. Nec secundo qui dat operam rei periculosa, ex qua per accidens *occiso* mutilatio, vulneratio, &c. confeatur. Nec tertio, qui neutiquam intendens graviter percutere, casu graviter vulnerat. Nec qui ex subita ira alterum v. g. pede, & manu tunendo præter intentionem in præcipitum daret, aut graviter lederet.

Quod vero attinet ad *percussionem* (talem scilicet, ad quam nec mutilatio, nec vulnero sequitur) ut ea sit reservata, debet ea primo esse *Personæ Ecclesiastice*, aut talis, qua Privilegio fori gaudent, ut gaudent Novitii & Conversi, &c. Secundo debet esse *percusso* gravis & *enormis*, quales esset, qua membrum aliquod inutile redderetur, ad quod sequeatur in *percusso* animi delinquum, gravis infirmitas, spe- ciale vestigium livoris in facie, vel tumoris in oculo: Item ea qua quis violenter ac indecenter *huni* proterneretur. Omnis denique, qua fieret cum aliorum gravi scandalo ac dedecore percussi.

## CASUS VII.

*Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperta litterarum a Superioribus ad Inferiores, aut ab Inferioribus ad Superiores,*

### DECLARATIO.

**A**d hujus Casum incidentiam requiruntur tria. Primum est, ut litteræ, in quas peccatur, sint aut *Superiorum* ad Inferiores suos Religiosos, vele contra. Secundum, ut ex vel omnino intercipiantur, ac supprimantur, vel retardantur, ut non suo tempore tradantur, vel etiam diffigantur, & aperiantur, etiam si deinde iterum sigillentur, & ad eos quibus inscripta sunt dirigantur. Tertium, ut hac omnia fiant *malitiosi*, cum intentione impediendi effectum litterarum.

Hinc primo Casum hunc non incurrit, qui impedit aut aperit literas *æqualum* ad aequales, aut etiam *Superiorum* sed non ad Inferiores Regulares *subditos*, sed ad alios missas. Secundo non incurrit qui ejusmodi litteras vel jam alias apertas, aut alio artificio absque earum resignatione, aut

apertione legit. Tertio nec ille incurrit, qui non malitioso, sed bona fide, quantumvis imprudenter, vel etiam cum gravi negligentiæ seu incuria ejusmodi literas negligit, retardat, aut diffingit, & aperit. Sicuti nec ille qui certo scit, vel certe probabilitate & juste timet sibi, vel alteri per tales grave & injustum damnum parari.

## CASUS VIII.

*Juramentum falsum in Judicio Regnali, seu Legitimo.*

### DECLARATIO.

**Q**uartuor requiruntur, ut Casus iste incurrit Primo, ut Religiosus interrogetur, a suo Superiore Regulari, aut alio legitimo Judge de dicenda veritate. Secundo, ut interrogetur sub Juramento. Tertio, ut interrogetur legitime & secundum Juris Ordinem. Quartio, ut interrogetur de ea re, quam interrogatus bona conscientia dicere potest, ac debet.

Hinc Casum istum non incurrit primo, qui ab alio, quam a suo Superiore, aut alio Judge legitimo quantumvis sub Juramento interrogatus veritatem negat, tacet, aut dissimulat. Secundo non incurrit, qui non prævio Juramento in *Judicio* falso dicit, sive dicat sponte sua, sive interrogatus. Tertio non incurrit hic Casus, quando Ordo Juris non servatur, ut si quis interrogetur judicialiter de delicto *occulto*, cuius nec sufficiens infamia praecepsit, nec alia indicia *sufficiencia* habentur: nisi forte id cederet in grave damnum tertii innocentis, aut in documentum Communia. Quarto non incurrit hunc Casum, qui certas ob caufas bona conscientia delictum prodere non potest, vel quia scit ex sola *Confessione* Sacramentali, vel quia ad ipsum tantum ad Patrem *Spiritualem* per modum *confili* a reo delatum est. Quinto etiam à dicenda veritate & Casu reservato excusat, qui probabilitate timet sibi ex propalatione magnum damnum spirituale, aut temporale in persona aut honoris eventurum.

## CASUS IX.

*Procuratio, Auxilium, seu Consilium ad abortu[m] faciendum post secundum animatum, etiam effectu non secuto.*

### DECLARATIO.

**I**Ta clarus est hic Casus, ut Declaratio ne ulteriore non egeat. Tantum notetur ad incidentiam Casus istius, sequen-

dam

dam esse communiorum Medicorum aut Philosophorum sententiam factum animari quadragefimo die, si masculus sit, octogefimo, si foemella; itemque in dubio prae sumi masculum.

## CASUS X.

*Falsificatio Manus aut Sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus.*

### DECLARATIO.

**N**omine *Officialium* veniunt hoc loco Ab bas, Prior, Oeconomus, five Celle rarius, aliisque *Officiales Religiosi*, qui de Superiorum licentia, & voluntate certis *Officialiorum* suorum *Sigillis* utuntur.

Falsificator *manus* *Officialium* is dicitur, qui scribi curat literas, easque quasi *Officialium* manu & auctoritate exaratas aut subscriptas supponit.

Falsificator vero *Sigilli* est, qui procurat ejusmodi literas, easque velut *Officialium* auctoritate, & manu scriptas proprio co rum Sigillo, aut alio ad ejusdem similitudinem facto, subscriptas.

Ut *Cafus* iste incurritur sufficit primo, si quis *alterutrum* supradictorum faciat, hoc est, five manum, five sigillum alicuius *Officialium* falsificet. Requiritur tamen secundo, ut faciat id *dolo* malo cum animo in feredi damnum, licet illud non sequatur. Quod si quis malo animo id non faceret, sed, v. g. ut littera sua certius & secu riuss veniant ad manus illius cui inscribuntur, *Cafus* non erit *Reservatus*. Sicut nec si quis, et si contra Regulam, privatione, sibi *Sigillum* fabricari curaret. Nec etiam si curaret sibi fabricari simile *Sigillo* *Officialium*, vel si ipsius quoque *Officialis* *furet*, dummodo his duabus posterioribus *Cafibus* iis malitiose non uteretur.

## CASUS XI.

*Furtum de Rebus Monasterii, seu Con ventus; in ea quantitate, que sit peccatum mortale.*

### DECLARATIO.

**A**d *Cafum* *hunc* duo requiruntur. Primo, Aut fiat furtum de rebus *Monasterii*. Secundo ut fiat in ea quantitate, que sit peccatum mortale.

Hinc primo, *Cafum* *hunc* non incidit Religiosus, si furet rem *alienam*, que non est de substantia *Monasterii*. Secun do non incidit, qui suffuratur res *minoris* momenti; itemque qui surripit *sculentia* aliqua aut *poculenta*, etiam si successe ad

satis magnam quantitatem perveniant, cum Superiores hac in re non sint tam inviti quoad substantiam, quam quad modum. Eam porro quantitatem judicabit prudens Confessarius esse in homine *Religioso* materia peccati *mortalis*, quam judicaret in *filiis familiis* hominis *utique* opulentis. Si quis furaretur notabiliter quantitatem, ut eam pauperibus elargiretur, *Cafum* non evaderet, nisi excessu charitatis excusatetur.

## CONCLUSIO.

**J**uxta hactenus traditas Declarationes procedent deinceps Confessarii. Et si forte ipsis obveniret *Cafus*, qui in his Declarationibus non comprehenderetur, eum judicent *non reservatum*, sicuti nec illum, de quo perpenitus prudenter utrinque occurrentibus rationibus, adhuc rationabiliter *dubitant*, an sub Reservatione continentur, five dubium sit *Juris*, five facti. Non queritur hic conscientiarum perturbatio, aut gravamen, sed emendatio vite, & animarum salus.

## APPENDIX V.

*Communicatio Povilegiorum Caffinensium  
a Gregorio XV. Weingartenis concessa.*

### §. I.

*Gregorius PP. XV. ad perpetuam rei memoriam.*

**R**omanus Pontifex Personarum Ecclesiasticarum quarumlibet praesertim Regularium vota Relig. propagationem, & augmentum concerentia ad exauditionem libenter admittit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Sane nomine Dilectorum Filiorum Abbatis & Monachorum Weingartenis Ord. S. Benedicti Constantiensis Diccesis nobis nuper expositum fuit, quod, ut ipse in vinea Domini sub suavi Religionis iugo Deo dante magis proficere valant, plurimum cupiant privilegia & indulta Congregationi Caffinensi concessa, sibi & eorum Monasterio per nos, ut infra, concedi, nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eorum hujusmodi votis annuere de Apostolica Benignitate dignaremur. Nos igitur Eosdem Abbatem & Monachos spiritualibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &

poo-

poenis à jure, vel ad homine latis quavis occasione vel causa, si quomodolibet innovati existant, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes hujusmodi supplicationibus inclinati, Eisdem moderno, & pro tempore existenti Abbatii, & Monachis dicti Monasterii, ut omnibus, & singulis privilegiis, Gratis, Indultis tam spiritualibus, quam temporalibus Congregationi Cassineni alias S. Justinae de Padua, nec non illius Superioribus, Abbatis, Monachis, aliquique dicti Ordinis Regularibus personis, quibuscumque illorum Ecclesie, Monasterii, & Regularibus locis, etiam per viam communicacionis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pontifices, Praedecessores nostros, ac etiam nos concessis, ac quibus dicta Congregatio, illius Superiores, Abbates Monachii & alii, Regulares Personae, nec non Ecclesia, Monasteria, & regularia loca hujusmodi de Jure, usu, & confuetudine, Privilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possint, & poterunt, quandolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, ne SS. Canonibus, aut Conc. Trid. Decretis, & constitutionibus Apostolicis repugnant, pari modo uti, frui, & gaudere libere, & licite valeant, Apostolica autoritate praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus, privilegia, gratias, & indulta eis communicamus, illaque ad eos extendimus. Decernentes praefentes litteras, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac moderno pro tempore existenti Abbatii, & Monachis dicti Monasterii in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, siveque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam caularum Apostolici Palatii Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his à quoconque quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit affectari, non obstantibus nostra de gratiis adinstar non concedendis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Congregationis hujusmodi, & juramento Confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis, flatutis, & privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & invocatis. Quibus omnibus, & singulis eorum

*Suppl. Theol. Mor. R.P. Schnell.*

omnium tenoribus praesentibus pro plene & sufficienter exprefis habentes, illis alias in suo robore permanfuis, hac vice duntaxat specialiter, & exprefe derogamus, ceteris contrariis quibuscumque. Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Pifcatoris die 14. Novembris 1622. Pontifica-  
tus nostri anno secundo.

S. Cardinalis S. Susana,

*Imperatum est hoc privilegium per Alexandrum Schappium Episcopum Campania Apostolicum Numerium apud Cantones. 1622.*

## §. II.

*Privilegium pro tota Congregatione Sue-  
cico - Benedictino - Josephina.*

Innocentius PP. XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

**M**ilitantis Ecclesie Regimini per inf-  
fabilem Div. Bonitatem abundantiam,  
nullo licet meritorum nostrarum  
suffragio praesidentes Religiosorum virorum  
Altissimum obsequiis sub suavi Monastice vi-  
ta jugo emancipatorum, uberesque in Ec-  
clesia Dei fructus aspirante superni favoris  
auxilio proferre jugitur fataginem,  
commodis & felicibus in via Dei mandan-  
torum progressibus libenter consilimus,  
scilicet ad omnipotentis Dei gloriam, Reli-  
gionis incrementum, & animarum salu-  
tem in Domino expedire arbitramur. Ex-  
poni siquidem nobis nuper fecerunt Di-  
lecti Filii Alphonsus Abbas Monasterii  
Weingartenensis de praesenti Praesidens, ac  
ceteri Abbates, & Monachi Congregationis  
Suevicae in Germania Ord. S. Benedic-  
ti: quod, cum in Monasterii dicta Congre-  
gationis studia litterarum continua, zelus  
animarum, & labores in vinea Domini-  
ni, qui non tantum ad concionandum, &  
fidelium confessiones affidus excipiendas,  
obeaundaque passim onera Parochialia, sed  
etiam ad haereticos, qui non raro se offe-  
runt, ad fidem Catholicam convertendos  
se extendunt, benedicente Domino vige-  
ant. Ipsi exponentes, ut in hujusmodi  
piis & salutaribus obsequiis ferventiores  
& alacriores ad Divini Nominis laudem,  
& gloriam, heresum extirpationem, &  
S. Matris Ecclesie exaltationem de cate-  
ro persistant, plurimum cupiunt pro ma-

Z

jori

jori ipsorum Monasteriorum splendore, & decore, Privilegia Congregationis Caffinensis, alias S. Justinae de Padua, & aliarum Congregationum dicti ordinis, eisdem Monasteriis, ex hujus S. Sedis Apostolica indulgentia communicari. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, quatenus Monasteriis praefatis, & aliis dictae Congregationis Suevica in futurum aggregandis, illorumque Presidentibus, Visitatoribus, Abbatibus, Superioribus, & Monachis, & personis praesentibus, & futuris, ut in omnibus, & singulis privilegiis, & indulxit spiritualibus prefata Congregationi Caffinensi alias S. Justina de Padua, & aliis Congregationibus ejusdem ordinis, ac illarum Presidentibus, Visitatoribus, Abbatibus, Superioribus, & Monachis, & personis quibuscumque, illarumque Ecclesiis, & Monasteriis etiam per viam Communicationis, vel Extenfionis, aut alias quomodolibet per quoscunq; Romanos Pontifices, Prædecessores nostros, ac etiam per Nos concessis, & in futurum concedentis, ac quibus Earundem Congregationum Abbates, Superiores, ac Monachi, nec non Ecclesiæ, & Monasteria hujusmodi de jure, uti, confuetudine, Privelegio, aut concepcione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisi, fealias quomodolibet utruntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possint, & poterunt dummodo tamen in usu sint, nec revocata, aut sub ullis revocationibus comprehensa existant, neque SS. Canonibus, & Conc. Trid. Decretis, aut constitutio-nibus, & Conc. Trid. Decreto, aut Constitutionibus Apostolica repugnant, par modo uti, frui, potiri, & gaudere valeant, perpetuo concedere & indulgere de Benignitate Apostolica dignaremur. Hoc igitur exponentes specialibus favoribus, & gratia profequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiæ sententis, censuris, & penit. à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie abstinentes, & absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Conc. Trid. interpretum, qui Dilectum Filium Procuratorem Generalem dictæ Congregationis Caffinensis audiverunt, confilio, prefate Congregationi Suevica, Ejusque Presidenti, Abbatibus, & Monachis, ceterisque Personis dictæ Congregationis,

ut omnibus, & singulis privilegiis, & gratiis spiritualibus tantum, quibus potiuntur, & gaudent Congregationes Caffinensis, & aliae dicti Ordinis S. Benedicti, potiri, & gaudere possint autoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus, salva tamen semper in præmissis autoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortis, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia suffragari, sive in præmissis per quoscunq; Judices ordinarios & delegatos, etiam caularum Palati Apostolici Auditores judicare, & definire debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquenque quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante nostra, & Cancelleriae Apostolica Regula de Indulgentiis ad instar non concedentis, aliisque constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, ceterisque contrariai quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transsumptis, seu Exemplis etiam impensis, manu aliquo Notarii publici iubcriptis, & signo persona in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem proflus fides, tam iudicio, quam extra illud habetur, que ipsi praesentibus habetur, si forent exhibita, vel ostenta. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 13. Iulii 1683. Pontificatus nostri an. septimo.

Slufius.

## §. III.

## Nota circa hec Privilegia.

1. **P**rivilegia Congregationi Caffinensi concessa amplissima recente Paulus III. in Bulla, que incipit *Benignitas &c.* edita ante Conc. Trid. 1537. Videatur etiam Cardinalis de Luca in *Theatro veritatis de justitia & jurisdictione dicit. 28.*

2. Per has Bullas gaudemus non solum privilegiis propriis Congreg. Caffin. seu primo & principaliter Eideri concessis, sed etiam illis, que Caffinenses habent per communicationem cum aliis Religionibus. Benedictinos autem gaudere communicatione Privilegiorum aliorum Ordinum, asserit Joan de la Cruz *ib. 2. de privil. c. 4.*

6.4. *concl. 1.* idque ex concessione Eugenii IV. Dein Pius V. concessit Congregatio-  
ni Cassinensi omnia Mendicantium privile-  
gia, quibus utuntur, frumentari, & gau-  
dient, ac frui, uti, & gaudere poterunt&c.  
Pariformiter, & absque ulla differentia, ut  
videre est apud Laërtium Cherubinum  
*tom. 2. Bullari fol. 232.* incipit Bulla: *Ex su-*  
*perne dispensatione.* Porro inter mendican-  
tes esse etiam Jesuitas: declaravit Pius V.  
in Constitutione 129. & habetur in Bulla-  
rio Cherub. *tom. 2. fol. 342.* sententiaque E-  
manuel Rodriguez de la Cruz &c. Men-  
dicantes, & cos, qui mendicantium privile-  
giis gaudent, jam habere etiam omnia  
Patrum S. J. privilegia, etiam ea, quo-  
rum communicatio per aliquos Pontifices  
refricta fuit. Unde colligitur, jam fere  
nullum privilegium esse aliquid Ordinis,  
quo non gaudent etiam alii per commu-  
nicationem.

553 3. Confessarii approbati, & privilegiati

Ordinum tam Mendicantium, quam non  
mendicantium possunt omnium ad se ac-  
cedentium confessiones audire, & eos ab  
omnibus, & singulis peccatis, excessibus,  
quantumvis gravibus, etiam Sedi Aposto-  
lice reservatis absolvere; Item à cen-  
fusis, & poenis Ecclesiasticis (exceptis ta-  
men in *Bulla Cœna* contentis, quorum ab-  
solutio etiam ipsis Mendicantibus non nisi  
à septenario ad septennium conceditur re-  
ste p. Sporer) plene absolvere: ita com-  
munis & certa; constat ex *Bulla Pauli III.*  
*Cum inter cunctas. 3. Jun. 1547.* & in *Bulla: Li-  
cet Debatum Pastoralis,* in *Bullar. Laërtii Che-  
rubic. tom. 1. fol. 689. j. 29.* Quorum o-  
mnium sit unicus

F I N I S,

U. I. O. G. D.



## INDEX GENERALIS.

*Pro omnibus tribus partibus Instructionis  
Confessariorum.*

*Numerus Romanus I. II. III. indicat  
Partem: Cifra minor autem numerum  
marginalem.*

### A.

**A** Absbas. III. 432.  
Absolvens in statu peccati mortalis.  
I. 81.  
Absoluto ab excommunicatione. I. 77.  
à privatione debiti conjugalis. II.  
216.  
Absolutio conditionata ibid. 84.  
Absolutio non est repetenda. ibid. 78.  
Absolutio omisita. ibid. 87.  
Absolutione peracta addens novum pecca-  
tum. ibid. 83.  
Absolutionis forma. ibid. 74.  
Dilatio ibid. 56.  
Negatio. 257.  
Absolutio recidivæ. ibid. 55.  
à reservatis. 91. 362.  
Accise. II. 145.  
Actus conjugalis. II. 181. & seqq.

Advocatus. III. 332.  
Affinitas. II. 290.  
Ager obstatu. ibid. 361.  
Amatus, donans. II. 247.  
Amor proximi. I. 65.  
Ancillæ Confessarii. II. 123.

earum compensatio occulta. ibid.  
129. 138.  
earum furta minuta. ibid. 129. &  
138.  
Applicatio Missæ. III. 380. 386. 439.  
Aqua vino admixta. II. 156.  
Arrha. 230.  
Articulus mortis. II. 362. 469.  
fidei. 108.  
Aspectus rerum turpium. I. 182. II.  
304.  
Avaritia. II. 162.

### B.

**B** Aptizans propriam sobolem. 218.  
Barbitonföres. II. 134. 141. 357.  
Bellum justum. III. 313.  
Bestia. 304.  
Bibula remedium. II. 168.  
Blasphemia. I. 42.  
Bona fides circa confessionem. ibid. 492.  
Breviarium. ibid. 378.  
Bulla Cœna. I. 1. 541.

*Index Generalis. C.D.*

C.

- C**arcer. III. 395. & seqq.  
**C**arnium efsus. II. 136.  
**C**afratus. ibid. 195.  
**C**afus reservati. I. 91. 125. 403.  
 in Diocesi Constantiens. III. 533.  
 pro Clericis. ibid.  
 pro Religiosis. 548.  
 pro Laicis. 534.  
 pro omnibus. 538.  
 Bullae Coen. 541.  
 eorum explicatio. 548.  
**C**aupones. II. 147. 156. & seqq.  
 horum furta minuta. ibid. 158.  
**C**auſe matrimoniales. 275. 279.  
**C**enſure abſolutio. I. 77. 87. 403.  
**C**horeæ. II. 236.  
**C**hyrographum. 339.  
**C**ircumſtantia aggravantes. I. 9. 19. 105.  
**C**ogitationes mala. 472.  
**C**ognitio confusa peccati. I. 34.  
**C**ommunio. II. 10.  
**C**ompensatio occulta. II. 125.  
**C**omplex. I. 95. 96. II. 222.  
**C**oncubinarius. 382.  
**C**oncumbendi modus. II. 192.  
**C**oncurſus. II. 58.  
**C**ondemnatus ad mortem. III. 387.  
 crimen falſum ſibi imponens. ibid.  
 392.  
**C**onfeſſarius reo instrumenta ministrans.  
 III. 395.  
**C**onfeſſio generalis. I. 26. III. 478. 531.  
 Repetitio. 29. Partitio. 301. 361.  
 365.  
**C**onfeſſiones invalide. III. 365.  
**C**onjectura, non fuſſe peccatum mortaliſter. I. 18. 514.  
**C**onjugalis actus. II. 181.  
 quid conjugibus fit licitum. 182.  
 & seqq.  
**C**onjugalis debiti privatio. ibid. 215.  
**C**onjugum verba. ibid. 167.  
**C**onſcientia. III. 503. & seqq.  
**C**onſensus in peccatum. I. 18. 514.  
**C**onſiliarii Principum. III. 343.  
**C**onſuetudinarius. I. 53. 55. 88. 257. 510.  
**C**onſuetudo jurandi, impredandi. I. 42. II.  
 111. 255. & seqq. 510.  
**C**ontritio. 360.  
**C**ontumelia. II. 165.  
**C**ooperans. 131. 315.  
**C**orrectio. I. 44. 45.  
**C**redulitas. I. 57.  
**C**rimen falſum ſibi imponere. III. 391.  
**C**uſtodes lignorum, pifcum. 337.

D.

- D**ebitor morosus. I. 73.  
**D**ebitum conjugale. II. 181. negatio.

criminis falſi alium denuncians. ibid.  
 392.

crimen negans. ibid. 388.

Confessario scientia necessaria. I. 1.  
 circa cauſas matrimoniales. ibid. 2.  
 circa dolorem de peccatis. ibid.  
 circa impedimenta matrimonii. ibid.  
 circa circumſtantias. I. 19.  
 circa instruſionem rudium. ibid. 5.  
 circa praefcriptionem mediorum.  
 ibid. 4.

circa abſolutionem. ibid. 73.

circa ſententias. ibid. 3.

circa ſpeciem, & numerum peccato-  
rum. ibid. 3.

circa reſtitutionem. ibid. 3.

circa quaſtiones. ibid. 23.

Non eſt opus, ut determinet, an  
 fit mortale? 6.

Confessarius non privilegiatus. I. 91.  
 liberans a reſtitutione. I. 70.

errans. 46.

Confessarius puerorum. II. 97.

Ruſiſcorum. 104.

Famulorum. 123.

Conjugum. 181.

Sponſorum. 220.

Studioſorum. 295.

Militum. 312.

Sacerdotum. 383.

197. 198. 200. 218. hujus privatio. ibid.  
 215.

Defectus occulti maniſtatio. ib. 180. 283.

Defloratio. II. 262.

Deleſatio morosa. ibid. 183. 120. & seqq.  
 225.

Denuntiatio alterius. 392.

Depoſito pecunie. 456.

Deliberum conditionatum. I. 67. mor-  
 tis. 61.

Detractio. I. 9. 22. III. 484. & seqq. II. 180.  
 352. 484.

Religiosos attinens. ibid. 352.

Dilatio abſolutionis. I. 56. Miſarum. 381.

Dilectio proximi. I. 65.

Diligentia mediocris. I. 12. 24.

Dimidiatio confeſſionis. 226.

Difpar conditio. 263.

Difpenſatio in cauſis matrimonialibus. ib.  
 2. 288. II. 267. in amiſſione juris peten-  
 di debiti conjugaliſ. 217. circa impedi-  
 menta matrimonii. I. 3.

Diffinatio peccatorum. I. 3.

Distractio Confessarii. I. 23. & seqq. 76. 79.  
 80. revocatio. 51. 122. renovatio. ibid.

Dolor. I. 48.

de peccatis venialibus. ibid. 52.

quando eliciendus. ibid. 51.

Donationes conjugum. II. 170. Sponſorum.  
 230. 247.

Dos. II. 172.

Dubi-

*Index Generalis. D.E.F.G.H.I.L.*

Dubium peccatum. I. 15. 521. & seqq.  
De invaliditate confessionis. 29.  
Dubius in genere, an sit peccatum? I. 16.  
17. 31. II. 115. 507. 520.  
Dubius de confessu in peccatum. 472.  
Duellum. III. 328.  
Dux militum. ibid. 321.

E.

**E**Brus. II. 112.  
Electio status. 298.  
Eleemosyna. II. 163. 170. 230.  
Empio, venditio. II. 148. & seqq. rei furti-  
vae. 322. chirographi. 339.  
Error invincibilis. 509.  
Error vincibilis. I. 43.  
Eculenta. 129.  
Examen. I. 10. & seqq. per decem præce-  
pta. 481. 491.  
Excusatio a restitutione famæ. 488.  
Excommunicatio. I. 1. 133. III. 544. &  
seqq. 173.  
Exhereditatio. II. 272.  
Expulso seminis. II. 203. scetus. 205. &  
seqq.  
Extrema Unctio. III. 402.

F.

**F**Amulorum Confessarius. II. 123. & seqq.  
jejunium. 134.  
Famulus conversans cum excommunicata. II. 133.  
Hereticus. II. 135.  
Famuli furta minuta. ibid. 129. 138. 142.  
Discedens. 124. videns furantem con-  
familium. II. 128.  
Fericida. II. 113. damnum inferens. III.  
355.  
Fefo die laborans. II. 140. 324.  
Ficta promissio. 261.  
Fidei professio. III. 418. scitu necessaria  
circa fidem. I. 39.  
Familiaritas. I. 55.  
Fili in electione status. II. 271.  
Filius spurius. 368.  
Femina. I. 11. 37.  
Forma absolutionis. I. 74.  
ab excommunicatione. ibid. 75.  
Fosfores. 134.  
Frequencia venialum. I. 52.  
Fricatio. 308.  
Furantem videns. II. 128.  
Furtum. I. 21. minuta. I. 68. 129. II. 138.  
158.

G.

**G**ermania. II. 99.  
Gradus affinitatis. I. 36. 235.  
Gravida. II. 196. 193. 223.  
*Suppl. Theol. Mor. R. P. Schnell.*

H.

**H**æreditas. I. 63.  
Hereticus. III. 327. 413. & seqq.  
ejus confessio. ibid. 416.  
Instructio. ibid. 415.  
professio fidei. ibid. 418.  
Hæreticorum matrimonium. ibid. 420.  
Homicidium. 327.  
Honestas publica. 267. 276.  
Horæ canonicae. ibid. 473.

I.

**J**Ejunium. II. 356. naturale. 100. famulo-  
rum. 134. militum. 325. artificum. 357.  
Principum. 356.  
Ignorantia invincibilis. 41. 42. 509.  
crassa. 70.  
causa reservata. 91.  
Ignoscere. I. 59.  
Imagines turpes. II. 202. III. 353.  
Impedimentum occultum. I. 2. 128. II.  
217. 286.  
publicæ honestatis. ibid. 276.  
Imperfectiones. III. 440.  
Imponitens. ibid. 411.  
Impotentia. II. 187. 208. 292.  
post contractum matrimonium. 187.  
292.  
Imprecatio. II. 66. 110.  
Incantationes. 107.  
Incisio. 208.  
Inceptus. 215.  
Inducens in peccatum. I. 37.  
Indulgentie. I. 103. 498.  
Inimicitia. I. 59. 109.  
Inimicus. I. 66.  
huius nolle ignoroscere. ibid. 59.  
Injuria. II. 59. 109.  
Instructio rudium. I. 5. 39.  
Integritas confessionis. I. 49.  
Interdictum. I. 77.  
Interrogationes. ibid. 9. 10. 11.  
Irregularitas. III. 384.  
Irritatio votorum Uxorium. II. 169.  
minorenns. 300.  
Judex. III. 329.  
Juramentum. I. 42. 160.  
Jus petendi debitum. II. 215.

L.

**L**aborare die festo. II. 140. 233.  
Lanionum restitutio. II. 144. 145.  
Lardum. I. 40.  
Largitas Principis. III. 350.  
Legatum. 450.  
Lex penalisa, mixta. 495.  
Liberans à restituzione. 70.

A 2

Libra

*Index Generalis. L. M. N. O. P.*

- L**ibra iniqua utens. 158.  
 Libri turpes. III. 306.  
 Licentia præsumpta. I. 93. 432. Superioris. 457. & seqq.  
 Lignans ex sylva communi. II. 114. 337.  
 Litania. 378.  
 Lucrum. 130. 310.  
 Lufus. III. 310.  
 Lufus Principis, ibid. 350.  
 Luxuria. I. 36.
- M.**
- M**Achinatio mortis. II. 175.  
 Magus. III. 405.  
 Maleficium. 107.  
 Manifestatio occulti defectus. II. 128. 180.  
 484. 490.  
 Mater. I. 61. 63.  
 Matrimonium. 181.  
 Matrimonialis actus. 16. & seqq.  
 Matrimonium invalidum haereticorum.  
 III. 420. 423.  
 Matrimonium mutorum, surdorum. 374.  
 Medicina. III. 369.  
 Medicus fit Confessarius. I. 47.  
 Menstruata, gravida. II. 193. 199. 236.  
 708.  
 Mercatorum falsa juramenta. II. 160.  
 restitutio. ibid. 148. 149. & seqq.  
 Miles. III. 312.  
 Minctio. II. 237.  
 Missam ex stipendo omittere, differre.  
 ibid. 381.  
 legere, donare. 431.  
 Mollities. I. 41.  
 Moniales. III. 440.  
 Harum obedientia. ibid. 444. &  
 seqq.  
 paupertas. ibid. 448. & seqq.  
 Moribundus. III. 359.  
 illorum restituere. ibid. 367.  
 Mortem desiderare. I. 61.  
 Motus turpes. 442.  
 Mulier merobubila. II. 168.  
 Munera. 247.  
 Mutuatio. 457.  
 Mutus. III. 370. & seqq.
- N.**
- N**Ecessitas physica. II. 253. extrema. III.  
 319. 501. gravis. II. 163.  
 Negatio absolutionis. I. 91.  
 Debiti conjugalis. 197.  
 Negotiatio. ibid. 130.  
 Non perceptio, seu non intellectio peccati. I. 23.  
 lingue. 35.  
 Non restitutio. 69.
- Notarius. III. 335.  
 Numerus, & species peccatorum. I. 13.  
 105. 107. 239. 295. 302. 416. 481. au-  
 dientium. I. 22. 244.  
 Nuptia secundar. 423.
- O.**
- O**Bedientia monialium. III. 444. & seqq.  
 Obligatio confessorii. I. 46.  
 Restitutio. 69.  
 Obligatio interrogandi. ibid. 8.  
 Oblitus interrogare. I. 24.  
 Obstinate ager. III. 361.  
 Occasio proxima. ibid. 54. 88. 90. 227. 243.  
 249. & seqq.  
 circa venialia. I. 52. 89.  
 Occulta compensatio. II. 125. 127.  
 Occultus defectus. 283.  
 Odium. I. 59. II. 109.  
 Officialium obligatio. III. 337. & seqq.  
 Officiales Principum. ibid. 336.  
 Officium defunctorum. 378.  
 Oneratio subditorum. ibid. 351.  
 Opifices. II. 139.  
 horum restitutio. ibid. 142.  
 Opinio probabilis. 519.  
 Ocula sponorum. ibid. 228. 305.  
 conjugum. 210.
- P.**
- P**Actum cum dœmone. III. 407.  
 Parentum voluntas. II. 271.  
 irritatio votorum filiorum. 300.  
 Parochus. 386.  
 Paterfamilias. I. 60. 61.  
 Paupertas religiosa. 427. 448. & seqq.  
 Peccatum apprehensum ut malum in ge-  
 nere. I. 34.  
 contra naturam. 307.  
 requifita. 512.  
 oblitum. 51. 83. 116.  
 Dubium. 34. 82.  
 omissionis. 174.  
 Pœnitens intrwendus. I. 39.  
 ignorans malitiam mollitiae. ibid. 41.  
 laborans conscientia erronca. ib. 41.  
 fine remedio non dimittendus. ib. 47.  
 de restitutio admonetus. ibid. 68.  
 verecundus. ibid. 58.  
 Pœnitentia. I. 86.  
 pueris imponenda. II. 103.  
 rusticis. II. 121.  
 famulis. 137.  
 Opificibus. 146.  
 Peccata dubia. I. 16.  
 obſcenæ. I. 36.  
 Percussio Parentis. II. 175.  
 Peregrinatio. II. 200. 543.  
 Pestis. 366.
- Pollu-

*Index Generalis. P. Q. R. S.*

Pollutio l. 37. ll. 257. 187. 210. 496.  
 & seqq.  
 sceminarum. 37. 291.  
 Confessarii. 38.  
 Pondus iniquum. 158.  
 Preceptum rei levis. 446.  
 Pradatio. III. 315.  
 Pralatus regularis. ibid. 438.  
 Principes. ibid. 348.  
 Pretium. II. 144. 148. 152. & seqq.  
 Privatio debiti conjugalis. ll. 215.  
 Privilegia. Cassinensis. 549. Regularium.  
 551. & seqq.  
 Probabilitas in occasione proxima. 90.  
 519.  
 Professio fidei. 418.  
 Promissio facta confessario. l. 54.  
 sponsa. ll. 261.  
 Propositum emendationis. l. 53. 55. ll.  
 258. 463.  
 Prudentia confessarii. 7.  
 circa instructionem. 43.  
 Publica honestas. ll. 277.  
 Pueri interrogandi. ll. 97.  
 ad attritionem disponendi. ll. 101.  
 Purgatio. ll. 233.

*Q.*

Quadragesima III. 356.  
 Quamprimum, *preceptum*. 382.  
 Quantitas furti mortalis. ll. 159. 502.  
 Questiones circa confessionem obsecrum. I. 36.  
 Quaestor. III. 339.

*R.*

Recidivi absolutio. l. 55. 57. ll. 243.  
 254.  
 Recidivus quando absolvendus. 88.  
 Recusatio munerum. 459.  
 Regula conscientiae. III. 503.  
 Ordinis. 441.  
 Relapsus. 453. 54. 57. 257.  
 Religiosus. III. 425.  
 hujus applicatio Missae. ibid. 439.  
 donationes. ibid. 429.  
 furta. ibid. 428.  
 Obedientia. ibid. 426.  
 paupertas. ibid. 427. 448.  
 Repetitio confessionum. l. 26. 29.  
 Absolutionis. 78. quando necessaria.  
 III. 365.  
 Repromissio ad sponsalia. ll. 260.  
 Refutatio ll. 109.  
 Refermati casus. l. 91. 362. 533. & seqq.  
 Restitutio l. 68. 500.  
 moribundorum. III. 367.  
 militum. 318. 615.

facta confessario. 70.  
 certis ex causis commutari potest.  
 1. 71.  
 facienda à sponsa 230.  
 Homicida. 327.  
 Officialibus 33.  
 moribundis. 367.  
 Beneficiatis. 379.  
 Opificum II. 142.  
 commutatio. 71.  
 non facile facienda à confessario. 72.  
 Retentio feminis. ll. 294.  
 Retractio. ibid. 236.  
 Revocatio. 392.  
 Reus, damnatus. III. 387.  
 Revocatio doloris l. 51. 122.  
 Rosarium ll. 121. 437.  
 Rudium instructio l. 5.  
 Ruficus qualiter examinandus. ll. 104.  
 de articulis fidei. ibid. 108.  
 de conscientia erronea. ibid. 106.  
 de imprecationibus. ibid. 110.  
 de incantationibus. ibid. 107.  
 de numero, & specie peccatorum. ibid.  
 112.

*S.*

Sacerdos absolvens in statu peccati mortalium. 1.  
 concubinarius. III. 382.  
 secularis. ibid. 378.  
 Saga. l. 45. III. 405.  
 ad mortem condemnata ibid. 411.  
 ejus obligationes. ibid. 408.  
 Saltus l. 40.  
 Salutatio l. 59. 66. 109.  
 Sartorum restitutio. ll. 143.  
 jejunium. 134.  
 labor. 141.  
 Scandalum. 234.  
 Scientia confessarii. l. 16.  
 Scriba. III. 335.  
 Scripta confessio. 371.  
 Scrupulosi. III. 464.  
 horum regulæ. ibid. 467.  
 Seminis ejusdem. 203.  
 retentio. 294.  
 Sententiae favorabiles. III. 491.  
 injusta. 330.  
 Sigillum confessionis l. 93. ll. 226.  
 Signum propositi efficacis l. 54. 55.  
 Simonia. II. 282.  
 Sodomia. III. 307.  
 Solemnitas. ll. 210.  
 Spoliatio. ibid. 319.  
 Sponsus, & sponsa. l. 19. 96. ll. 223.  
 & seqq.  
 peccans cum alio. 222. 235.  
 eorum vota II. 288.

Aa 2

Spon-

Sponsalia. *ibid.* 259.  
resilientes ab his 224.  
clandestina. *ibid.* 273.  
conditionata. *ibid.* 265.  
facta. *ibid.* 262.  
condonatio. *ibid.* 279.  
executio. 274.  
dissolutio. 274. 279. & seqq.  
**sportulae.** III. 331.  
Sterilis. II. 189. 196. 205.  
Steurae. II. 158.  
Stipendum. 431. 380.  
Studioſi maiores. III. 302.  
minores. *ibid.* 295.  
Suffragium. 345.  
Superior. 60. 66. 180.  
Superfitiones II. 107. 406.  
Surdus 370. & seqq.  
Suspensio. I. 77.  
Sutorum restitutio. II. 143.

T.

Tactus conjugum. II. 209.  
puerorum 296. & seqq.  
ſponſorum. 227. 305. 708.  
Tentatio. II. 246. III. 442.  
Testamentum. *ibid.* 368.  
Tributum. *ibid.* 349. 443.  
Turpes imagines. 353.  
Turpiloquium. I. 22. II. 244.  
Turpium lectio, aſpectus. 304. & seqq.

Vana obſervantia. II. 107.  
Veſtigium defraudatio. II. 145. 337.  
Venatio. II. 113. 355.  
Verba contumelioſa. 165.  
Verbera conjugum. II. 167.  
Verecundus pomitemſ. I. 58.  
Vidua II. 219.  
Virginitas I. 19. 230. 235.  
Vino aquam admifcere. II. 156.  
appetitum tollere. 168.  
Vitium rei occultum. 149.  
Unctio extrema. III. 402.  
Voluntas Dei. I. 67.  
Votem calſitatis simplex. I. 44. 288. 299.  
300.  
Vota Uxoris. II. 169.  
Uſurarius II. 161.  
Uſus rationis. 99.  
Uxor bona retinens. 171.  
ſuis elargiens. 170.  
cohabitans viro excommunicato.  
173.  
illius dos. 172.  
merobibula 168.

Z.

Ziginorum confeſſarius. I. 45.

**Ut in omnibus glorificetur  
DEUS.**







Tg 4360  
40

ULB Halle  
005 359 937

3





A. R. P. JACOBI DORSI  
Benedictini Weingartenis  
i.e. Matth. Glinius.  
INSTRUCTIO  
CONFESSARII  
*In*  
TRES PARTES  
*divisa,*

Quarum Prima complectitur ea, quæ concer-  
nunt Confessarium in genere: Altera, quæ Confes-  
sarium in specie seu Ordinarium: Ultima demum, quæ  
Confessarium Extraordinarium.

*In*  
SUPPLEMENTUM

*Sue*  
THEOLOGIAE

*Pro Bibliotheca  
Ammerseleensi.* *Comparatus a R. Dno  
D. Bonifacio Mauracher  
Abate.*

MORALIS

Typis vulgata

R. P. ANSELMO SCHNELL,  
O.S.B. in Imper. Monast. Weingarteni Professo,  
ac Professore emerito; nunc Priore ibidem.

Cum Gratia & Privilegio Sacre Caſareæ Majestatis ſpeciali, ac Facultate  
Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,  
Sumptibus Joannis Jacobi Mauracher, Bibliopolæ Augustani.  
ANNO MDCCXLIV.

